
index
dioscoridis



INDEX DIOSCORIDIS.

En candide Lector.

HISTORIALES DIoscoridis campi, Exegemataque simplicium, atque eorundem Collationes cum his quæ in officinis habentur, nedum medicis, & Myropoliorum Seplasiarijs, sed bonarum literarum studiosissimis perquam necessarium opus.



IOANNE RODERICO CASTELLI albi Lusitano autore.

EXCVDEBAT ANTVERPIAE VIdua Martini Cæsaris. M. D. XXXVI.

2

ELENCHVS EORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR

A



B

C

ELENCHVS

ELENCHVS.

ELENCHVS

Ad lectorem.



NE forſan mireris optime lector, quonam conſilio factum ſit, vt tantum duos nunc priores libros emittamus, cum tamen quatuor omneis me emiſſurum in præfactione pollicerer, Scito à nobis non temere id factum fuiſſe, adeo enim liber à quodam (nomen ſubticebo) cui corrigendi abſens prouinciam demandaram, deprauatus erat, vt parum abfuerit, quin in totum ſuppremeremus. Ne tamē omnino opus iam diu ab aliquot amiculis petitum, illis quaſi inuidere viderer, permiſimus vtcunq; hos duos in lucem exire, tu vero lege libenter, & cæteros indies expecta.

ERRATA ALIQVOT INSIGNIORA QVAE

Castigatoris incuria obrepsere.

FOlio.2.Columna.1.& linea.1.de rac.vitus,tu lege de ratione victus. Fol.2.col.1.linea.23.lege ἀκούσον.Fol.eodem,col.ead.linea.40.lege gignendi,& lin.49.lege lelie Teuthonice gheel.Fol.eodem,col.2.lin.15.l ge atque eius Aegineta,simius. Et rursus lin.19.lege hactenus.Fol.3.col.1.lin.4.lege posset.Fol.4.col.1.lin.3.lege aliquot. Et rursus lin.6.lege lib.3.Fol.eod.col.2.lin.9.lege νάρδος.Fol.6.col.1.lin.29.lege Caneel. Folio eod.col.2.lin.7.lege crassitudine.Fol.eod.col.ead.lin.34.lege qui.Fol.8.col.1.li.39.lege trecentis.Fol.9.col.1.lin.25.lege Canchano,linea ead.lege Nam Canchanū.Fo.12.col.2.lin.20.lege Thimiamate.Fol.15.col.1.lin.25.lege tamque.Fol.eod.col.2.lin.16.lege grauata.Et rursus line.29.lege peusina.Fol.19.col.2.lin.13.lege mumia.Et rursus linea.32.lege a dicto.Fol.17.col.1.lin.2.lege seneblilhas.Et rursus linea.17.lege vernicem. Fol.eod.col.2.lin.22.lege baccalauri.Et rursus lin.34.lege miretur.Fol.18.col.2.lin.5.dele et Fol.23.col.2.lin.23.lege hirsutoque.Fol.25.col.1.lin.49.lege adamussim. Fol.eod. col.2.li.16.lege venari.Et rursus lin.47.lege Ophthalmię. Et rursus lin.51.lege Indicum.Fo.26 col.2.lin.20.lege ξόδον.Fol.27.col.1.lin.7.lege describunt.Fol.29.col.2.lin.7.lege ξόια. Et rursus lin.penul.lege hæc.Fol.30.col.1.lin.13.lege Myrtidanū.fol.30.co.2.lin.30.lege Colorā.Fol.33.col.2.lin.antepenul.lege & viarū.Fol.34.col.1.line.1.lege nobis. Fol.33.col.1.lin.22.lege ex.Et rursus.29.lege diffiniunt.Fol.eod.col.2.lin.26.lege Musicusque Et rursus lin.43.lege metaphoris.Fol.37.col.2.lin.17.lege agente.Fol.39.co.1.lin.1.lege ansam.Fol.44.col.1.lin.16.lege quem.Fol.46.col.1.lin.5.lege cruda.Fol.49.col.1.lin.antepenul.lege sin.Fol.51.col.1.lin.15.lege laudandas.Fol.53.col.1.linea.4.lege Apitius.Et rursus linea 18.lege visam. Foli.eod.col.2.lin.4.lege ranunculi. Folio.55.colum.1.lin.antepe.lege μικρόν.

Ad cætera candide Lector conniueto.

IOANNIS RODERICI LVSITANI IN DIOSCORIDIS HISTORIALES CAMPOS Exegemataque simplicium atque in eorundem collationes cum his quæ in officinis habentur, expositio.

PHILOLOGIA I.



Ræce ἶρις, Latine Iris, Radix Marica, Radix Consecratrix, Lilium Cœleste, Gallice des Flambes du Glaiz, Lusitanice Lirio cor de ceo, Hispanice el lirio cardeo, Germanice Violirourtz, Theutonice Lelie.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

IRis folia gladiolæ herbæ similia. Ex se mittit maiora tantum, latioraque & pinguiora, flores in summis caulibus, & in singulis singulos recta paribusque inter se spacijs in altum surgentes, in arcum flexos, colore in candidum, viridem, luteum, purpureum, & ceruleum variantes. Ex quo quoniã diuerso colore floret, reddita cœlestis arcus imagine ab eo nomen inuenit, radices habet geniculatas, solidas, odoratasque, quæ in taleolas sectæ siccatæque in vmbra, tũ funiculo traiectæ pendentes, in vsus suos seruantur.

IVDITIVM NOSTRVM.

QVi aut maiorum suorum res egregie gestas, aut materiã quãuis aliam illustrandam suscipiunt, id imprimis solent præfari, nõ defuturos, qui, quicquid illud sit operis mirũ in modum cauillentur, carpãt, dilanient. Nedũ lectione dignũ existiment, nec sane immerito, quum non ignorent publicum ædificium, multorum iuditijs esse obnoxium, quorum opinionem ego sequutus, non tam futuros nostri istius laboris qualis qualisque est, momos existimo, facilius est enim quod habet paroemia, omnia reprehendere quam imitari, Sed etiam iam existere, qui illi obloquantur propemodum hariolor, nec enim ea arrogantia sum præditus, vt quasi gallinæ filiũ albæ nullis me reprehensorũ calumnijs fore obnoxium mihi pollicear: atque tum maxime quũ rẽ admodũ difficilem nos explanandũ suscepisse intellexerint, aggressi aũt sumus Dioscoridis viri (vt in summa dicã) oĩbus qui de re Herbaria exactissime descripsere longe præferendi Historiales, rudi hoc nostro stilo, sim plici tamen (vt mea fert opinio) veritate, declarare, adiectis aliquando nostris commentariolis, qui lectori neque oscitabundo neque omnino naris obesæ, aliquid lucis afferre possint, neque sane prouinciam admodum arduam vnquam suscepissem nempe Horatiani illius memor, qui in arte poetica p̃cipit, vti materiã humeris nostris æquã sumamus, ni hoĩm nostrorũ, vicẽ misererer, qui in hac præcipue herbarũ cognitione ita Cimmerijs (quod aiunt) tenebris versantur, vt quantũ dulce ab amaro differat, aliqñ ignorent, quo fit vt interdũ pro saluberrimo Pharmaco præsentissimum venenũ affectis porrigant, maxime nominibus, quæ a nemine lingua nostra p̃cipue exposita video, decepti, nec tamen contenti fuimus, hoĩbus nostris quibus præcipue vt inquit Plato nati sumus, Sed etiã & Hispanis Gallisque, & Teuthonicis adde & Germanis consulere: nã quo noĩe quæque herba apud singulas dicatur regiones nõ admodũ infeliciter, ni suscepti operis amor nos fallit exposuimus. Cæterum vt cauillatoribus his de quibus antea mentionẽ feceramus vno verbo respondeã, me illis scribere iã hinc profiteor, qui hoc nostrũ opus tanquã a candido animo profectũ æqui bonique faciãt, nõ

aũt illis qui cum nulla in re de mortalium hoim vita bene meriti possint dici, quicquid tñ in humani generis vsum scribatur, adeo non ferunt vt pene genuinum in id infringãt quæso quid aliud agentes quam si quicquid fructus in alios conferatur, inuideant, nec sa ne parum operepræcium est eorum ridere stultitiam, qui cum infantia ipsa sint infantio res, dum tñ in alieno opere ingeniosi videri volunt, Caninam atq; balbutientem loquẽ tiam suam traducunt, verius q̃ exercent, quod genus fere logiatri isti nostri sunt. Nam Galeniano verbo libentissime vtimur, qui præter mularum phaleras asseclarum turmas adq; inane illud nomen doctorculorum nihil medici habent, quibus cum miserorũ hos minum vita comitatur ne ipsam quidem ægritudinem cognoscentes, quod præcipuum esse medici Galenus tradidit quicquid venit in buccam receptaculis illinunt, vt inde ad pharmacopolas relata sæpe mortis properatæ sint in causa: quod si aliqñ quem sibi imi- tandum susceperint authorem roges, aut nullum aut mathiam nescio quem syluaticum respondebunt, digni qui cum suo siluestri inter spelea ferarum diuagarentur, vti consor- tium hoimfugientes, tam magno mortalibus ne sint detrimẽto, iam de ea medicine par te quam theoricam vocamus, quid attinet prædicare: cum præter vnum Floriuium, & Sermonetam nihil interdiu noctuq; euoluant, de ea vero quam practicam dicimus abũ de pulchrum fore existimant si Nicolum, Sauanarolam, Rasam, Auicenam, ac huius fari næ hoies, quibus maxime gloriari solent, indies deblaterent, Galeno, Hippocrati, Aegin tæ Aetio, Oribasio, Celso, Plinio, & ex recentioribus Leoniceno, Mainardo atq; alijs sex centis quos enumerare esset longum tempus, laqueum mandantes, Non quidem in ho mines istos inuehor, quin mortalium vicem potius doleo, quibus tam sæua atque plane miseranda contigerint, cum his hominibus diuinam illam medicinam commissam habe ant, ad quos nil magis pertinet quam ad asinos ceroma, aut boues clitellæ, Olim quidem sapientissimi viri illi maiores nostri animaduertentes, quanta rei medicæ inesset digni tas, non nisi Apollini deorum omnium sapiẽtissimo, ausi sunt eã adscribere, dicente Oui= dio vate, inuentum medicina meum est, opifexq; per orbem dicor, & herbarum subie- cta potentia nobis, Quin eos qui chirurgicam artem ad medicinam pertinentem exer= cebant, Homerus, scientiarum omnium (si Plinio credimus) parens a dijs esse genitos, ele ganti carmine prodidit, cum Podalirium & Machaona qui temporibus Troianis non parum auxilio Græcis sub Agamemnone merentibus fuere Esculapij filios dicat, Cæte rum quis Esculapium ipsum deum a Romanis habitũ ignorat, atq; eo in precio ars me= dica semper fuit, vt qui in ea pulchre floruisset: tanq̃ de mortalium hominũ genere pul= chre meritus deorum statuas habere obtineret. Nam & Hippocrati cum Atheniẽses in= festantem pestem solerti ingenio omnino vrbe abigeret, auream statuam fuisse erectam author est Galenus, vnde multi extitere qui non paucis de re medica voluminibus lu- culenter scriptis eosdem honores assecuti sunt, ita vt a dijs inuenta medicina, & deos eti am post mortem gigneret, cũ in vita magna in æstimatione semper fuerint habiti; qua de re locupletissimus est testis Homerus qui veluti ex tripode aureo virum medicum multis alijs antistare vaticinetur, nempe quũ vir medicus multis alijs æquabitur vnus dicat atq; vt non semper exemplis longe petitis immoremur quæ fortassis alicui fabulo sa possint videri, quæso quod aliud officium Christus optimus maximus humani ge= neris seruator sibi diligendũ præter vnã medicinã putauit: nempe sciebat ille quẽ nihil fallere posset, nullã existere rẽ perinde humano generi, theologiã excipio, conducibilẽ atq; medicinã, Cæteræ quidẽ artes aliæ vel de agrorũ diuisione agunt, vel de incerta a= strorũ cõputatione disserunt, quædã etiã de nominibus aut literis disputant, Nec desunt quæ de mensuris tractent, Sola quidẽ medicina de corporis humani salute agit, de qua in sanitatis Hymno cecinit Horpheus. Absq; te cũcta sunt hominibus inutilia, nec sane immerito, cũ subiectũ corpus humanũ habeat quo nihil præstabilius, nihil deo ipsi gra tius, quod tanti fecit Hermes trimegistus vt post primũ deũ pene maximũ esse deorũ di xerit, vnde homo diuinũ nũcupatũ est animal, cũ ad imaginẽ & dei similitudinẽ cõpo situs sit, quod deniq; si e mũdo sustuleris, quæso, quid aliud agas quã cæteras eadẽ ope= ra pessundare, quapropter oportet tãdiu stent, cæteræ quidẽ artes, quãdiu salus humana Cæterũ locus ipse videtur expostulare vt q̃re relictis alijs partib9 de hac potissimũ volui

mus tractare dicamus. Equidem cum medicina autore Galeno secundo de rac. vitus in morbis acutis. Tribus constet instrumentis, nempe Diatetico, opere Manuali & Medicinali, atque de primoribus duabus, A multis non nisi doctissimis viris felicissime tractatam animaduerterem pretium opere me facturum existimaui si huic tanquam cæterarum reginæ quæ nunc magna ex parte nostris hominibus contemptui habetur quasi auxiliares manus attulissem quod vero nostra hæc pars cæteris omnino, sit preferenda neminem puto esse qui ambiguat præsertim cum Plinius vir grauissimus cui non parua est attribuenda fides tam multis encomijs vbique eam efferat laudet extollat ita vt maiorem medicine partem illi assignet, Mitridates olim Regũ nulli qui ante se fuere postponendus multus in Herbarum cognitione traditur, Sic & Orpheus, Sic Museus Poeta antiquissimus, Sic Hesiodus, Et vt semel dicam, Homerus ipse, non pauca de herbis tradidere, quas tantopere idem Homerus videtur admiratus, vt dijs etiam nonnullis assignet, quod etiam olim videmus vsurpatum, cum nostris diuis non paucas etiam ascribamus, nempe Diuæ Mariæ herbam illam quæ de illius nomine appellatur, Possem equidem sexcenta alia commemorare, quibus luce clarius ostenderem q̃ magno in honore olim herbarum cognitio habita fuerit. Nunc autem nec sine nostro ingenti malo despectu. Ego vero vt tam magno malo obuiam irem, laboraui sedulo vti singularum herbarum multipharíam nominibus expositis si non omnino certa magna ex parte aliquid remedij afferrem, quantam autem in hisce scribendis & olei & somni iacturam fecerimus. Ego mihi ipse sum probe conscius quantum profecerimus, siquid modo profecimus, aliorum sit iudicium. Certe ego omnes huius operis lectores oratos velim, vti nõ nisi re prius expensa suum iuditium ferant, quod si illud Alcibiadis huic loco quadrat. non recusamus id perferre πατάξον μὲν ἄκουσον, hoc est feri modo audias. Sic illi quantum velint blaterent modo rem ipsam & perlegant & expendant tunc, siquidem æquiores mihi futuros sperarem, nam non tantum medicinę candidatis, sed qui bonis literis delectantur, nempe Plinio, Columella Varrone cõsulere studuimus. Sed hæc quasi præfati ad ipsam rem accedamus. Iris, cuius tantum radix a medicis commendatur herba est cubitalem erectumq; caulem habens, atq; omnino Astulæ regiæ, quæ alio nomine Asphodelus dicitur, persimilem licet tamen minorem duriorem q;, cuius flores æstiuales in summitate nascuntur, diuersorum tamen colorum, vnde Iris siue flammula a celestis arcus figura dicitur, nec desunt qui illam a foliorum quæ gladiolo insunt similitudine Gladiolum appellent. Cuius radix q̃ odorifera est, quæ verno tempore ad solis vmbrã siccata, ad quæ minutim circumcisa odoramenti gratia a pluribus in arcis reconditur Illirica teste Plinio summo in precio habetur, atq; omnium est laudatissima, in multis tamen orbis, regionibus, minoris licet nominis nascitur, nempe in Hispania, Italia, Lusitania quæ si nũ Illirica aut Macedonica, Aphricana tamẽ, cui tertias idem author ascribit est censenda. Hæc omnium doctorum consensu patrum casum per ios aut idos format, quod propter hos dictũ velim, qui cum Græcas literas ne supremis quidem labijs degustarũt, vt pioniã a peonia, viticelã, abrionia, chamedrin, agamandrea, vrinalẽ, alinaria sic irida ginendi casum per ios mittentem ab ea diuidant iride quæ genitiuũ in idos mittat, cum vel elementario puero ab vno eodem quæ recto vtrunq; genitiuum descendere appareat. Sed hæc his qui græcarum literarum aliquam omnino notitiam habent facilia sunt perceptu, quapropter non diutius lectorem morabimur irim itaq; siue genitiuum irios siue iridos siue ireos siue ἴρεος formet liliorum esse genus omnes norunt quod nostri Lusitani iuxta ad quæ Hispani communi vocabulo quasi per excellentiam liliũ appellant, cum tamen lilium apud authores legimus non hanc imo album lilium quod a Græcis Crinon, a poetis autem Iunonis rosam inuenio appellatum intelligere oportet

Iris (margin note)

Iris & ireos idẽ. (margin note)

PHILOLOGIA. II.

GRæce ἄκορον, Latine Acorum, Acorus, herba venerea, radix nautica gladiolus. Germanice goldt yilien. Theutonicæ geheel lelien. Hispanice

panice ellirio espadanhal. Lusitanice espadana, recentiores nunc dictus calamus aromaticus, acorus est.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

ACorus iridis folia habet angustiora tantum: radices eidem non dissimiles implicitas, nec recta descendentes verum obliquas, & in superficie terre geniculis intersectas colore subalbidas, gustu acres odore non ingrato.

IVDITIVM NOSTRVM.

ACorus siue venerea herba quæ ab officinis acorus simul vocatur ea apud omnes aquatica scilicet gladiolus luteis illis lilijs putatur herba quare eidem in legmate commisimus verba licet non sine antiquo atq; inueterato errore gladiolum illam pro vero Accoro suscipiunt, cum ei principis nostri in presenti verba, cui in herbarum ac fructi cum descriptionibus fides est adhibenda, sicut Galeno in earundem perscribendis naturis minime conueniunt, nam vt reliqua omnia taceã radicis sapor potius astringit & quasi insipidus quandam per se frigiditatẽ fert, non vero acris est nec secum vllũ afferens odorem quæ vero acoro pernecessaria esse Galenus acq; eius Aegineta simus authores sunt, nec minus ex Plinio hoc satis probari potest qui lib. xxv. cap. xiij. reliquis subscribens inquit acoros iridis folia habet angustiora tñ & longinquiore pediculo, radices nigras minusq; venosas, cætero & has similes iridis gustu acres odore non ingratas gustu faciles at his quare cum res hoc pacto se habeat quid pro accoro succedaneum accipiendum sit, exponemus: Est autem Accorus herba in officinis calamus odoratus dicta propterea quod omnia Calami aromatici accoro correspondent tum colore sapore odore ac herbæ ipsius figura, cuius rei authorẽ habemus Mainardum Farrariensem virum in re medica excellentem atq; reliquos ipso recentiores, cæterum ne cui sit dubium qualiter appellanda sit hæc herba quæ vulgo Acorus vocatur, nos quarto li. mentionem faciemus, nam & illic suus est locus, & quanquam nunc maxime de ea mẽtionem facere velimus menti tamen, cui sit subijcienda Dioscoridis capiti non succurrit proinde ad predictum librum lectorem relegamus.

Verus acorus

PHILOLOGIA III.

GRæcanice μἦον ἀθαμαντικὸν, Latine Meon Meu. Hispanice Pinillo

DIOSCORIDIS HISTORIA.

MEon quod Athamanticum vocant, caule folijsq; aniso similibus crassius tamen aniso est bicubitali plerumq; altitudine radicibus in parteis distractis hisq; tenuibus alijs in obliquum alijs recta tendentibus longis odoratisque & gustu feruidis.

IVDITIVM NOSTRVM.

DOlet mihi non mediocriter quod non maiorem noscendis simplicibus in Lusitania iuxta atq; Hispania operam nauauerim vt maior mea posset esse facultas hisce præcipue patrocinandi quibus herbarum cognitiones sunt cordi non vero illis qui cum Paleotenus: doctores haberi student totã hanc operã herbarũ tã impudẽter spernunt quam insigniter ignorant quibus quid in præsentia præcemur nisi aliquando meliorẽ

meliorem mentem dari vt quod hactenus sunt aspernati agnoscentes malint semel bene recurrere quam semper (quod est in Prouerbium) male currere, nam tunc melius nobis liceret cum hisce tum hominibus nostris sperare qui illorum ignorantiæ non sine maximo vitæ periculo sunt obnoxij quod optime posse esse inditio Meu quæ cum in Hispania famigeratissima sit, tamen hactenus ab illis est ignorata. Et quanquam assiduis eorum importunijs ab hac cognitione fuissem deterritus, tamen persuaderi non potui, vt penitus eam abijcerem, quo factum est vt si non omnes saltem bonā dum illic ageremus partem cognouissem, inter quas Meu fuit, quam in Hispania nasci Dioscorides vt præ cæteris in hac re diligens scrutator est author. Est enim vt mea fert opinio Meon, siue vt ab officinis Meu ea videlicet herba, quam Hispani vno ore Pinillo vocant, cū adamussim omnia Dioscoridis in presenti verba ei conueniant, nam Caulæ folijs quæ Anęto similis est. Cui tenellæ radices medico vsui pręcipue venientes & aromaticæ sunt, non inficias eo: Germanos quoq; se hanc herbam habere putare. Nam mihi pridem quosdam illorum Argitas conuenienti, qui in hanc vrbem Antuerpiensem tanquam celeberrimū omnium emporium non paucas herbas adferre solent. Quidam inter alias quasdam radices ostendere suo nomine Berrourtez appellatas, quas tamen Meu esse herbæ summopere contendebat. Cum ex herba folia Caulemq; nondissimilia Anheto habente se collegisse fatetur, qua ratione ab officinis Germaniæ pro vero Meu habebatur. Cæterum minime ita se rem habere illud mihi indicabat, quod pręter æquam eiusdem figuræ non erant odore, quem aromaticum Meon Hispanicum habet longe interesse differebant. Cæterum credimus nos Meon illud Hispanum verum Athamanticum ab Athamante inuentum, vt refert Plinius natural. historiæ lib. 21. Cap. 2. aut ei simile esse. Cuius radices Galeno, Aeginetaq; testibus, libris huic dicatis negotio. 3. calefaciunt ordine, in. 2. siccant, in Italia vero nondum hoc verum Meon compertum esse Marcelus ille, Vergilius philosophus & medicus eloquentissimus fatetur dicens. Nunc vero quod sciam nullum Italiæ Meon est. Meu

PHILOLOGIA. IIII.

GRæce κύπειρος, Latine Ciperus odoratus, angulosus iuncus, triangularis iuncus. Lusitanice, raiz de Iunca, de cheiro. Germanice milden galgen. Hispanice Iuncia olorossa.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

CIperon porri folia habet longiora tantum gracilioraq;, caulem cubitalem & aliquando maiorem angulosum odorato rotundo iunco quem schenum dicunt similem in sumo cuius cacumine minuta folia se proferunt, interque semen est radices quarum vsus est, oblongis oliuis similes habet mutuo contactu sibi inuicem coherentes habet & rotundas aliquando nigrasq;, & cum amaritudine aliqua odoratas, nascitur cultis aquosis locis.

IVDITIVM NOSTRVM.

CIperus illud præcipue iuncorum genus est angulosum habens Caulem iuxta terram Candorem habentem Cacumine nigrum, cuius folia ima porraceis exiliora multo sunt, in Cacumine minuta inter quæ est semen, cui radix nigra, boni odoris est, tomento quodam desuper vestita humecta & aquosa semper amans loca, atque inde ea melior quæ longinquior ab aqua a mulierculis Hispanie iudicatur; quam pro odoramento, atque nobili suffitu recondunt, is autem quando

doque apud authores quadratus Iuncus nominatur, nec celsus libro.iij. Cap.xxi. alio eum appellat nomine quam quadratum Iuncum, aliquando vero triangularis dicitur vt Plinius Naturalis Historiæ Lib.xxi. Cap. xviij. Nec tamen illos omnino inter se contradicere illud mihi est argumento; quod ex diuersis regionibus magis quam ex natura videatur prouenire, quod multis herbis accidere manifestius est: quã vt hic a nobis referatur quem tamen habemus triãgularis est, nec nos fallit esse multos qui huius radicem herbæ eam esse dicant quam Lusitani, iuxta atq; Hispani vulgo iunca auellanada dicunt; quod tu rudius, sed significantius vertas iuncum auellanatum. Ea autem ex Aethiopia & insulis circumiacentibus ad nos vsq; fertur magnitudine auellane nuclei, vnde nomen traxisse videtur colore exteriore subpallido nam intus lactea est capiti etiam vt illud obiter attingamus non mediocriter conducit nos tamen quia neutiquam persuademur huius Ciperi eam de qua agimus radicem esse nam & gustu, Et odore longe differt, tamen nomine adducti eius generis esse putamus inter quod Plinius Ciperum annumerat, eo citato loco, lectorem in præsentia vellem admonitum ne nominis vicinitate deceptus, Eundem putet esse Cipirum quod a Græcis xiphion dicitur, nostri vero gladiolum appellant bulbosas habens radices, [cuius rei in quarto libro mentionem faciemus Ciperus vero de quo nunc iuncus (vt diximus) Triangularis est cuius radices Galeno Aeginetaq; præsentibus libris septimis simplicium, excalfaciunt, siccant absq; morsu, quare humidioribus vlceribus cicatricẽ mirabiliter inducunt quibus & in Cisoria quædã inest vis qua calculos minuunt vrinãq; & menstrua promouet

Cipirus, ciperus, differunt

PHILOLOGIA V.

GRæcanice καρδάμωμον. Latine Cardamomum, maius. Cardamomum, minus Maligueta. Hispanice Cardamome Malagueta, grano del paradiso. Germanice Kardamulin.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

CArdamomum eligito quod frangenti contumax repugnet quod plenũ pre clusum quæ sit, quod enim tale non erit vetustate exoleuit, & bonitatẽ amisit, quod odore item sensum tentet gustu acre & subamarum sit.

IVDITIVM NOSTRVM.

CArdamomũ celebre illud aroma ex indie præcipue insula Cananor dicta ad nos aduehitur nec sub alio vbiq; quã sub dicto habetur nomine, acutis scilicet angulis semen, quod andromachus in theriaces descriptione sequenti Carmine memorie tradidit. Et Cardamomũ quod tenet indus ager ab officinis tamen, maius hoc nominatur Cardamomũ vt scilicet ab illo minori differat quod alio nomine Maliguæta appellatur, id autẽ ex ginea in Lusitaniã nostrã nostro tantũ regi affertur. Est etiã alterũ huius minoris Cardamomi genus a nostris Caudale appellatũ, quod quãuis minori illi simile videatur: tñ & longitudine & sapore lõge differt nascitur autẽ vt ab his qui propius videre audiuimus, paruulis siliquis. Et nos etiã non contenti auritis testibus, & vidimus quo maior fides oculato teste sit habenda & gustauimus, siliquarum sapor a gingiberis non multũ abest imo similis omnino videtur, granũ illud tñ quod alterũ minoris Cardamomi genus esse dicimus non tantum obtinet saporis id vero Cordumeni Arabũ pro certo affirmauerim, cũ caput vbi de Cordumenio ab illis agitur duobus succedat quibus de duobus primis generibus Cardamomi latissime disputatur vt ex Auicenna.ij.Cais.Cap.150.&.160. videre est crediderim tñ nec sinistre omnino duo hæc postre-

Cordumeni Arabũ Cardamomi genus est.

postrema genera antiquis fuisse ignota. Nec enim ita illotis quod aiunt pedibus, cum de prioribus egissent, de hisce posterioribus nullam prorsus mentionem fecissent. Est huius rei Auerruis Arabs medicus non omnino infelix author qui enumeratis aliqd quæ post Galenum fuisse reperta affirmat. Hoc Cardamomum Cap. xxv. obiter attingit, quasi vnum illorum sit diuersum ab illo priori. Cuius antea Capite. xxiiij. v. Sui colliget meminerat nec Mamardus Episto. lib. xxx. abnuere videtur quum hæc Edipo coniectori committat.

PHILOLOGIA VI.

GRæce νάρδος ἰνδική, στάχυς νάρδος, Latine Spica Indica, Spica Nardi, Lusitanice Spica Nardo, Hispanice Spica Nardo.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

NArdi genera duo sunt, vocaturq; Indica altera, Siriaca altera, haud sane quia in Siria & India proueniant, sed quod montis in quo Nardus nascitur, altera pars Siriam, altera Indiam spectat, habetq;, in Siriaca Nardo primũ bonitatis honoremq; recens non ponderosa. Comosa, colore ruffo, odoratissimaq; est. Et quæ vna cum angulosi odorati iunci odore breui spica & amaro sapore sit, quæ itidem linguam exuret, odoris suauitate diu permanente, in Indica Gangitis altera dicitur à Gange flumine inuenta appellatione, qui ad radices montis in quo Nardus nascitur fluit ignauior. Et minore efficacia q aquosis locis prouenit Nardus hæc est, numerosas, & ex vna eademq; radice prodeuntes, spicas ex se mittit, easdéq; comosas, implicitasq; & odore viroso.

IVDITIVM NOSTRVM.

HErmolaus Barbarus, vir omnium suffragijs eruditus, qui in re herbaria non mediocrem laudem est adeptus, in libello cui Correlaria titulum esse voluit, Summatim de Nardo agens, nouem genera illius esse asserit, quæ omnia ex Plinio sunt desumpta, vt videre est apud eundem lib. xij. eiusdem numeri Capite, quæ quoniã in hoc libro declaranda suscepimus non grauabor hic subscribere. Sunt autẽ Gangetis Ozenitis ab odore virulento dicta. Pseudo Nardus, Siriaca, Gallica, Cretica, id est, Phu, quę alio nomine Valeriana dicitur, Baccaris, Herculus, Asaron, Thracia, quas vt in omnibus & in omnia Dioscoridem sequamur, non omnes, sed partem ab eodem tractatas ordine declarabimus, quæ tamen in pręsenti a Dioscoride discutienda veniũt hæ Siriaca & Gangitis siue Indica dictæ sunt, quas cum eandem tandẽ ferme vim obtineant, non immerito vno eodemq; Capite a Dioscoride Galenoq; atq; Aegineta inuenio tractatas, hæc vero vocatur a Galeno & Paulo Aegineta Nardũ Stachis, quod hodie a nostris pharmacopolis Spica nardi interpretatur, affertur hæc ex Indiæ insula, nomine Cambaia, sed sine radice quam vtinam potius portassent. Cum magis rei medicæ conducere vel ex Galeno vt Dioscoridem sileam patet qui lib. viij. de facultatibus simplicium medicamentorum Capit. i. hæc de illa scribit, Ex his constans facultatibus radix & ad iecur & ad stomachum rationabiliter conuenit, tum pota, tum extrinsecus imposita. Nec his dissimilia videtur recitare Aegineta, quod mirum videri non debet, cum Galeni simia dicatur, nam lib. vij. de ea loquens radicem tantum nempe quæ magis ad rem facere videbatur nominat, scribens Spicæ nardi radix calfacit in primo &c. videtur etiam non leuiter sententiæ huic nostræ Mamardus Ferrariẽsis subscribere Epi

Spica nardu vera caremus.

stolarum lib, vi. ad Gabalum scribens, Carere nos Indica nardu quis dubitet qui Spicā quidem vocari apud Galenum legerit esse, tamen radicem, sed & in ea theriaces prępa ratione quam cæteris veluti concisam magis & manifestiorem pręfert Galenus. Sic ad verbum carmine quodam scribitur Thermentine quæ resinam Nardiq; radicē indicę ad nos vehitur. spica atq; vtinam Nardi esset suauitate enim odoris penitus caret, & sa poris est valde ingrati, atq; hæc tamen quæcunq; sit, cum apud authores Spica legitur, est intelligenda quę Reubarbaro, non vt malignitatem aliquā extinguat, sed vt viam laxiorem præbeat miscetur.

PHILOLOGIA. VII.

GRæce κελτικὴ νάρδος, Latine Celticum Nardum, Celtica Nardus, Gallica Nardus Lauandula, Hispanice Esplego Alhuzema, Lusitanice Alfazema, Theuthonice Lauendola, Gallice de la Lauendre.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CEltica Nardus, folia habet oblonga, colore Sufflauo, luteum vero florem, Caulium tantum, radicumq; vsus est.

IVDITIVM NOSTRVM.

VTinam Marcellus, Virgilius, aut Barbarus ipse qui locupletissimis Commentarijs Dioscoridis opera illustrarunt collationē medicamentorū Dioscoridis cum illis quæ in officinis habentur facerent quemadmodum in præsentia Nardū siue Celticam faciunt, Cum ea herba quæ in officinis Lauandula dicitur vt labori nostro & sapientiorum vna opera possent consulere. Est ergo Celtica Nardus autore Marcello quam Lauandulam vocamus, herba in Liguriæ alpibus circa Genuā nascens, & hodie in nostris hortis familiaris quæ eo Lauandula dicitur, quoniam maximum vectigal Genuensibus mercatoribus præbet quotannis in Africam eam ferentibus, vbi lauādis fouendisq; corporibus Lybes ea vtuntur, nec nisi decocto eius abluti, mane e domo egrediuntur. Sciant tñ in prę senti qui hęc legerint, si modo qui legerint Celticā nardū aliā a Saliunca esse, quanq̄ tñ Leonicenus eandē aduersus Pliniū esse pbare nititr, vt in ipsius aduersus Pliniū lib. videre est. Nā etsi Leonicenū tanq̄ in oī magistrū habeamus satius, tñ est potius a magistro q̄ a veritate discedere aut vt ipsius verbis vtar causalibus. Amicus Plato, Amica veritas, & ambo amici sunt, plus tñ in honore pręferenda veritas est. Legimus Celticam Nardum id quod videmus folijs oblongis strictis, Libanoti similibus, colore sufflauo flore subluteo licet nostram ceruleo ornari quæ in caules erigitur. Saliunca vero Plinio teste lib. xxi. Cap. vij. foliosa quidem est, sed breuis, vt in coronas necti nō possit. Herba verius q̄ flos decisa veluti manu pressa breuiterq; sui generis cespes quæ in Pannonia & Noriricis nascitur, tantę soliditatis vt metallum esse cœperit, Etiam si mendosę non soliditatis vt vetus habet lectio, sed suauitatis scriptum sit, quibus iam verbis quisque exactam differentiam comprehendere inter vtramque potest, quare vt non longinquiores simus tantum vna ab altera abest, herba quantum Lauandula ab ea in officinis Spica Romana, siue vt nominant Celtica, differt. Nam vt diximus nostra Lauandula Dioscoridis Celtica Nardus est, quæ longe a Celtica siue officinarum Spica Romana differt. Hæc vero quam miropole Celticā siue Romanam dicunt, vt mea fert opinio, Plinij Saliunca est. Cum eiusdē picturę multa ex parte congruit, quę tamen aberrandi Leoniceno occasionem dederunt. Verba hæc ipsa Dioscoridis sunt, quæ in quibusdam sed non probatis codicibus comperiunt.

Nascitur Gallica Nardus in Liguriæ alpibus ab incolis gentis suæ vocabulo Saliunca appellata, cum in melioribus non Saliunca sed Gallica appellata cõperitur, vt ex præsenti versione comprehendere est sed de his colinucium Pandulphum in suis Plinianis defensionibus videre est.

PHILOLOGIA VIII.

GRæcanice νάρδος ὀρεινή, Latine Montanum Nardum, Montana nardus, Lusitanice Cardo machis.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

MOntana Nardus ramulos foliaq; Eringio similia habet minora tamen ac Eringij modo aspera & aculeata, radices illi duæ sunt, & aliquando plures nigrę odorataeq; Alphodelo similes, verum multo q̃ Asphodelus graciliores tenuioresque.

IVDITIVM NOSTRVM.

QVidnam sit Montana Nardus, non hactenus quod sciam commentatores scriptum reliquere. Nos vero vt iuditium nostrum candide præferamus non aliam eam esse credimus q̃ Carduũ famigeratam apud Lusitanos herbam quã illi suo nomine Machix dictitant, Cum illi Eringij aculeata asperaq; folia sunt, radicesque graciles oblonge boni odoris, quas illic mulierculæ æstiuo tempore fodiũt, atq; in capsis suis recondunt pro odoramento atq; nobili suffitu.

PHILOLOGIA IX.

GRæcanice ἄσαρον νάρδος ἀγρία, Latine Asarus, Asarum, Rustica nardus, Nardus agrestis vulgago sanguis martis perpensa, Hispanice Asara baccara, Germanice Haselrourtz, Theutonice plumbe u biddenardus.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ASaron Hederæ folia habet longe tamen minora rotundioraq; flores inter folia ad radicem purpureos, odoratos, vasculis Apollinaris herbæ similes in quibus semen acinorum, nucleis simile, in quo raræ subasperæq; angulorum figura cuspides sunt, radicibus nititur numerosis, geniculatis saporis calidi, & linguã erodentis, tenuibus obliquis gramini similibus, sed longe gracilioribur q̃ gramen, & odoratioribus.

IVDITIVM NOSTRVM.

ASarum rustica nardus Bachar alio nomine dicta herba omnibus nota, non longe a Bachar nomine dicta, de quo satis mirandum est, quo pacto & illius nomẽ clatura a barbaris non viciata aut corrupta sit, sic enim ab Hispanis, Lusitanis, Gallis, ytalis, paucis tantum mutatis literis appellatur monemus tamen ne pro azaro bachari bacharis intelligatur, cum bacharis herba fructicosa qua fascinus depellitur addique

soles

solebat in coronis apud veteres sit, vnde Vergilius vtrumq; eleganter de ea exprimēs in carmine Bucolico, Et Bachare frontem, Cingite ne noceat vati mala lingua futuro, de qua lib. iiij. lectionem agemus. Nolim qui hæc legerint in eorum inscitiam venire, qui Asarum simplici ſ ab Assaro ſſ geminato esse distinguendum dicunt, longe enim falluntur, ad quæ, vt dicitur, toto aberrant cœlo. Quum verius Asarum ab Arissaro esset distinguēdum, cæterum medicorū imperitia hæc & multo alia maiora sic intacta relinquit, quasi nullius sit momenti, de illis aut loqui aut silere in Asari descriptione nō insistendum, Quum omnia Dioscoridis verba Asaro nostro correspondeant, quod cōmuniori vsu multis ægritudinibus adhibetur, Plinius vero Asarom a plerisq; vocitari quasi in coronas non addatur inquit.

Multorū error

PHILOLOGIA. X.

GRæce φοῦ ἀγριάναρδος, Latine Valeriana, Amantilla, Valenciana, herba benedicta, Germanice Baldrion, Hispanice y erua benedicta, Theuthonice Valeriaen.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PHu ceruio cello herbæ aut olus atro folio æquali caulem habet cubitalem, & aliquando maiorem, tenerum cui leuor sit & color in purpura albicans, eundemq; geniculatum, & in medio concauum, flores figura ad Narcissum accedentes maiores tantum teneriores{q}; colore in albido per medium purpureo, radix illi est in superiore sui parte minimi digiti crassitudine, habetque adnascētes illi exiguas radices alias quę transuersæ feruntur odorati, rotundi iunci, aut nigri veratri modo sibi ipsis implicitas colore subruffo, & Nardi odore cum virosa grauitate aliqua odoratas.

IVDITIVM NOSTRVM.

PHu siue Cretica Nardus absq; verborum ambagibus aut controuersia vlla nostra est Valeriana, qđ vero nostra paulo minor apparet q̄ descriptio Dioscoridis monstrat hoc vero regionis influentiæ culpa est non vero rei causa quare sapientissime Marcellus Vergilius inquit quam pro Dioscoridis Phu ætatis nostræ herbarij ostendūt. s. Valerianam herbam longe minor ea est quæ ab hoc scriptore describitur, nec oēs omnino vtriusq; inuicem sibi respondent notæ quæ tamen pręcipue a Dioscoride numerantur conuolutæ glomeris modo, & vt Plinius ait villosæ radices, earumque nardi odor & albicans in caule purpura in nostra pariter sentiuntur credimus que nos vt in animalibus etiam fit quæ non eadem mole corporis ingenijq; sui natura vbiq; nascuntur in alieno orbe cœli aut terrę beneficio Phu hanc proceriorem nasci quoniam & in nostro orbe cubitalis aliquando visa fuerit.

PHILOLOGIA XI.

GRæcanice μαλάβατρον, Latine Malabathrum folium Indicum.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

Malo-

Malabatro proprium genus est, nasciturque in Indiæ lacustribus locis, nihil aliud q̄ folium in aquis, lacustris lentis modo fluitans, & nullis radicibus hærens, id colligentes incolæ funiculo statim traijciunt siccatumque seruant.

IVDITIVM NOSTRVM.

Malobathrum siue folij Indici duo precipue apud authores cōperimus genera, quę folij appellatione significari consueuerunt, alterū scilicet palustre, de quo ad præsens Dioscorides, alterum vero arboreum, de quo Plinius Naturalis hist. lib. xiij. dicēs Dat & Malobathrum Syria arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimit oleum ad vnguenta, hæc vero Barbaro præsente atque Mainardo epistolarum libro nobis ignota sunt, tandem vt primum taceam hic, epistola illa iam a nobis citata vix vni cum Malobathri folium toto vitę suæ tempore videre potuisse fatetur. Cæterum his tertium Malobathri addēdum est genus, quod ab officinis folium Indicū dicitur, quia ex India ad nos simul aduehitur, satis amplum, folio nucis iuglandis, et aridum, subpallidum & multo solidius, quod vtinam illud Andromachi sit hoc carmine dictum, Semina Cretensis Malobathri folia, ex primis tamen duobus generibus quondam vnguentum præparabant foliatum, eandem fere vim habens quam Nardinū, de quo Plinius lib. xxiij. Cap. iiij. lectionem commisit. Folium Indicū.

PHILOLOGIA XII.

Græce κασσίας, Latine Cassia, Cassia ligna.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

Cassia omnis sarmentum crassi corticis habet, vt piperis folio est.

IVDITIVM NOSTRVM.

Qvum ad Cassiæ verba accessimus, in illam Leoniceni incidimus epistolam, cuidam Menochio scriptam, in qua quid de Cassia tenendum sit aperte demōstrat, quare cum de Cassia adhuc medici certent, & lis sub iudice sit, quid illi aut Fulcio de ea visum sit in eo lib. cui de erratis medicorum recentiorum fecit, videto. Cassia.

PHILOLOGIA XIII.

Græce κινναμώμον, Latine Cinnamomum, Germanice Canella, Teuthonice Caneel, Hispanice Canella.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

Cinnamomi plura sunt genera gentium vbi nascuntur nominibus appellata.

IVDITIVM NOSTRVM.

Cinnamomum cuius non pauca apud authores reperiuntur genera, Notissimū aroma est, quod nobis mittit Zeilam insula, non parui nominis apud Indos, in qua nō parua præterea preciosorum lapidum copia habetur, nempe Adamantum, Carbunculorum, Iachinthorum, atque plurium aliorum, quę referre non vacat, nec si vacaret, puto

fuisse operęprecium. Est etiam mons in eadem insula, quem Adam dum pœnitentiã ageret, tenuisse ab incolis creditur, Sed apud ipsos fides esto. Cæterum vt ad aroma nostrũ reuertamur, non me quidem latet quid de illo Plinius, Aegineta. Sed ante illos Galenus memoriæ scriptum reliquerunt, tamen quoniam vt Plautus inquit, non minus facete q̃ erudite, plus valet vnus oculatus testis, q̃ decem auriti. Non grauabor hic referre quid de Cinnamomo audiuerim a quodam qui viginti annos Zeilam se egisse fatebatur. Arbor est, dicebat, quatuor cubitorum, paulo minus in altitudine, crassitudine vero brachiali, sex vel septem emittens e trunco ramulos, qui singulis annis amputantur, atq; iterum pullulant, quorum cortex qui Cinnamomum est, vt tenuissimus, ita maxime habetur in precio, Colore exteriore est cinericius, odore suauis, gustu acer ac mordax admodum. Nec Galenum aut cæteros qui de ea re scripsere, aliud prorsus intellexisse crediderim, ita frequens apud nostrates Cinnamomi vsus habetur, vt nullum sit opus Cassiæ duplo, quod Dioscorides atq; Galenus faciendum præcipiunt, quum difficilius Cinnamomo reperiatur, quare deinceps Seplasiarios libenter admonerẽ, vt pro Cassia potius Cinnamomo vterentur.

PHILOLOGIA XIIII.

GRæcanice ἄμωμόν, Latine Amomum, rosa Hiericontis, Gallice rose de Hierico, succedaneum Amomi, Accori radix, Calamus aromaticus.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

AMomon frutex exiguus est, ex ligno Vuæ, modo inseipsum cõuolutum, Exiguum quendam habet florem, candidæ violę similem, folia vero Labruscæ viti, quam Brioniam dicunt.

IVDITIVM NOSTRVM,

QVis cœlum terræ non misceat, & mare cœlo, si medici nostri temporis cum multa antiquorum medicamẽta nobis aut penitus sint ignota, aut mãca prorsus, nobis venerint, tamen ne illis videantur carere adulterinis medicamẽtis vtantur, quę aliquando præsentissimam mortem potius q̃ salutem adferant, quũ tamen illa pro veris & Germanis venditent, quod in Amomo in præsenti facile est videre. Nam cum vero careant Amomo Botruoso, & velut vua, quidam eius loco quodam Geramnij genere vtuntur, nempe gruina nostra proferente & suaue olente, ob idq; Moscata acus dicta herba, alij autem, vt officinarum vulgus, quodam pro eo vtuntur semine exiguo, fusco, non sine magno ægrorum periculo, cum frutex potius q̃ semen sit Amomũ, cum illud ipsum ea vt subijcitur Amomis simili scilicet planta, sed sine odore & semine adulterari soleat, vt Dioscorides his sequentibus verbis mõstrat. Sunt qui Amomum quæ fœminino genere Amomis dicitur, planta Amomo simili adulterant, sed sine odore & sine semine, ergo non temerarium fore nostrum iudicium putarim, multoq; magis, cum dictis sequentia Dioscoridis verba subscripserimus, quæ omnino nobis patrocinantur dicentia in huiusmodi rerum probationibus vitanda esse fragmenta, eligendaq; illa, quæ ab vna radice integros ramos habeant. His iam luce clarius claret Amomum fruticem non vero semen esse, sed in hoc magna vis non est, quum Andromachus descriptione sua dicta Galene Amomi vua vti præcipit hoc sequenti carmine, Meu totidem drachmas & Amomi postulat vua, quam vtinam ad nos portassent, cum vero caremus Amomo, quare interim dum eo caremus, consulerem eius loco Acoro potius q̃ illo triuiali, exiguo, nigroq; semine ab officinis recepto vteremur, cum similem facultatem Amomum Acoro obtineat, vt Galenus atq; Aegineta huius rei au-

chores

thores sunt, in pręsenti tamen scimus Plinium lib. xij. Cap. xiij. aliud a Dioscoride Amomũ nouisse, vt ex eius pictura conijcere est, Reliqui vero vt Botanologici author Amomum rosam Hiericontis esse dicunt, quibus etiam Marcellus, Virgilius, & Hermolaus Barbarus assentire videntur, quibus neq; nos omnino contradicimus.

PHILOLOGIA XV.

GRæce κόσον, Latine Costus, Costum, Hortulana Romana, Menta Saracenica, Gallice du Cocq, Hispanice el Costo erua buena Romana, Lusitanice Ortelaa Romana.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

COstus primam habet bonitatis æstimationem, qui ex Arabia affertur, candidus, leuis, plurimo & eximio odore, secundæ bonitatis indicus est, speciosus, niger, & Ferulę modo, leuis, tertiæ Siriacus, ponderosus, colore Buxi, odore sensum tentans.

IVDITIVM NOSTRVM.

COstus, Costum, siue vt Strabo Costariũ, herba est, cuius Dioscorides tria facit gñã natali solo tm̃ differentia, nempe Arabico, Siriaco, & Indico. Plinius eius duo esse genera asserit, quæ coloribus distinguit, albo. s. & nigro, lib. xij. eiusdem numeri, Capite. Hodie autẽ in officinis dulcis & amarus dicit̃, cum tñ amarum tantũ exhibeant, cuius loco cuiusdã herbę radicẽ capiunt, quã Hortulanã Romanã siue Sarracenicam dicimus. Cæterum hæc herba & si amara & odora sit, alijs tamen rebus haud satis refert descriptionẽ præsentẽ vt cuiq; conferenti est iudicare, quare Ruelius eam potius Silicastrum Plinij, siue Hydropiper Dioscoridis opinatus est. Cui tamen viro quantumcunque docto in hac parte nõ accedimus, Cum Hydropiper siue Silicastrũ longe alia herba sit, ea. s. quã officinæ immaculatam Persicariã dicunt, vti. ij. lib. hæc vberius tractabimus. Iudicamus ergo vt multis alijs caremus medicamentis, sic & vero Costo. Nã cõmunis iste a Seplasiarijs habitus, Costus verius Pseudocosti q̃ Costi appellatione meretur. Myropolę rursus quãdoq; Costi loco quadã Apios siue radice siluestris Rafani vtũtur, non sine errore tamen.

PHILOLOGIA XVI.

GRęcanice σχοῖνος, Latine iuncus odoratus rotundus, Squinantum, palea Camelorũ, Hispanice paia de meca, Lusitanice pallia damequa, palha de Chamelos.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SChenon eligito recentem, ruffo ignis colore aliquo, copioso flore, densum, & qui scissus purpurę colore aliquo aspiciatur, gracilem, suauitate odoris qualis in rosis sentitur, cum manibus teritur, olentem & feruidę in lingua mordacitatis cuiusdam, Floris culmi et radicis vsus est.

IVDITIVM NOSTRVM.

SChenon siue odoratus iuncus in Africa & Asia præcipue nascitur quē Celsus rotundum iuncum vt alium à Cipero siue triangulari illo dicto diuersum intelligat, qui multorum sententia id quod in officinis instar straminis quidquā aromaticum redolentis reconditū habetur. Est sub alio tñ Squinanti nomine, siue Camelorum palea, quia vt ferunt Camelorum in Arabia cibus est. Hic ille iuncus est, quem Andromachus hoc carmine intelligit, Iuncus apud Arabes victima facta deis, vt ex Galeno ibidem conijcere est. Huius vero tam radix q̄ flos atq; festucæ vsui medico conueniunt, vt ex Dioscoride in præsenti atq; Galeno scire est.

PHILOLOGIA XVII.

GRæce κάλαμ@ ἀρωματικὸς, Latine Calamus aromaticus, hodiernus calamus aromaticus Accorus est.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CAlamon aromaticon siue odoratus calamus nascitur in India, estque in eo probatissimus, qui colore ruffo & crebris geniculis est, quiq; assulose frangitur, fistulis aranearū plenis, albescens & in cōmanducando glutinosi lentoris adstricto sapore nec adeo acer.

IVDITIVM NOSTRVM.

CAlamus odoratus siue vt Hippocrates Myrephicos.i.vnguentarius & Duratus siue Indicus calamus, quanquā Plutarchus libro illo cui titulus est, q brута ratione vtuntur Arabicum calamū interpretatur, quia vt Theophrastus ait, ac Plinius lib.xij. Cap.xxij. licet in India fœliciter proueniat, in Arabia tamē comperitur ab officinis nō Calamo sub alio nomine radix habetur q̄ sub dicto quanq̄ vt in Accoro iam diximus. Ea porro aromati tius radix verus accorus est, non vero Calamus aromaticus, cum eiusdem potius respon co vero deat q̄ huius direptioni, nā vt diximus sic & in pręsenti, Nos vero carere Calamo aro caremus matico non dubitamus, cum res exoctica & preciosior q̄ illa habita radix est.

PHILOLOGIA. XVIII.

GRæce βάλσαμον, ὀποβάλσαμον, ξυλοβάλσαμον, Balsamū, liquor Balsami, lignum Balsami, vulgo Balsamo.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

BAlsamum arbuscula est quę Violę aut licij, quod Pyxa Cantha, I. Buxea spina etiā dicitur magnitudine crescit, Rutę folia habet, multo tamē candidiora perpetuaq; fronde magis virentia in Iudæa eiusq; conualle quadā tantum, & in Aegypto nascitur.

IVDITIVM NOSTRVM.

FAstidio Balsamum alibi nasci natura q̄ in Syria noluit fere inquit Plinius Natur. Hist. lib. xvi. Ca. xxxij. quare nō mirū si noīe tm̄ notū & omnino exoletū sit in instructioribus tñ atq; magis ornatis officinis xilobalsamū.i.lignū Balsami seruatur atq; eo pro Balsamo vtuntur, quod Plinius vt omnium scrutator non tacuit lib. xij. ca. xxv dicens, Xilobalsamū vocat & coquitur in vnguētis, pro succo ipsum substinere officinę

PHI-

PHILOLOGIA XIX.

GRæce ἀσπάλαθος, Latine Aſpalathus, darſiſan ſuccedaneum ſemen ligi id eſt agni caſti, vel ſemen Ericæ.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ASpalathon lignoſus eſt crebriſq; ſpinis aculeatus frutex quo Spiſandis vnguentis vnguentarij vtuntur.

IVDITIVM NOSTRVM.

ASpalathus Græcorũ nõ vero Aſphaltus bitumen illud Darſiam ſiue Darſiſan Arabum eſt, non vero Coralus cuius nõ intelligẽtia Nicolaus ille propoſitus cui ſumma atq; præcipua ætate noſtra in deſcribendis medicaminũ cõpoſitionibus fides adhibetur, quandã Paſtilorꝝ cõpoſitionem Græcorꝝ Hedichori licet ille vocabulo vt ſolet corrupto Diacorali Trociſcos nominet, ſcribens pro Aſpalatho non Darſiam, ſed forſan vocabuli deprauatione deceptus Coralos rubros ponit, qui quantũ in hac re halucinetᷣ ac deceptus ſit non multis cõprobationibus opus eſt, cũ legentibus Herdichori cõpoſitionem atq; ipſius Diacorali Nicolai manifeſtũ erit, multoq; magis cũ Aſpalathũ Dioſcoridis Arabũ Darſiſam vere eſſe ſciant, id quod Auicenæ verba mõſtrãt lib. ij. ca. xxi. dicentia, Darſiſam arbor eſt groſſa habens ſpinã grandẽ, qua vẽditores medicinarꝝ ſua vnguenta experiunt. Hæc Auicenæ verba non multũ a Dioſcoridis in præſenti verbis differũt vt oẽs niſi quis talpa cæcior ſit videre poſſit, nec enim præter Serapionẽ gẽtilis ille Fulignas verus Auicenæ ſectator in eius cõmentariolo haud fatetur inquiens Darſiſam Arabũ quã Dioſcorides Aſpalathũ vocat eſt atq; ſit ignoro hæc gentilis, cæterum ne omnino in tenebris verſemur, quæ Darſiſan Arabũ arbor illa ſit, aut quid eius loco ſit vtendũ aperiamus, cũ in pręſenti multos non minore errore Nicolai hallucinatos video Seplaſiarios medicoſq; qui pro eo nixi quorundã authoritatibus inter quos & Serapionẽ nominare eſt, radice mali Punici ſilueſtris vtuntur, non ſine ingenti ægrotorꝝ periculo, quidã vero vt Auicenna eo citato loco recitat eius loco radicem ſpicę Indicæ ponũt, qui ibidẽ pro eo Alebut ſemẽ. i. Xilocharati permittit, alij Darſiſan ſiue Aſpalatum Cinamũ eſſe opinanᷣ, tanta enim in hac planta eſt authorũ diſſentio, vt nec quid illa ſit, nec quid eius loco accipi oporteat, ex illorꝝ verbis ſatis conſtet, quare conſultius mihi forę videtur ſi in pręſenti dimiſſis horũ quos modo citauimus ſententijs ex Galeno Aeginetaq; quid eius loco ſuccedaneũ accipiendũ ſit demonſtrauerimus, poſtquam res vt ipſis ſic & nobis ignota eſt, nam vt ex Galeni ſuccedaneis ſiue vt aiunt antibalomenis accepimus Aſpalathi loco ſemẽ ligi alio noĩe agni ſiue viticis arboris ſcilicet quã apud nos agnũ caſtũ dicimus, accipi debet vel Ericę fructũ vt in melioribus aliquot codicibus diſſumptione quadã cõperio. Erica enim frutex Thamariſto ſimilis eſt, licet falſo quidã eã Thamariſcũ dicant, cũ Myrica Thamariſcus ſit nõ vero Erica, vt hoc libro videre eſt, quare deinceps vos memores eſſe velim, ne pro Aſpalatho ſiue Darſiſan radice illa mali Punici ſilueſtris vtamini, ſed verius eius loco id qđ ex Galeno Aeginetaque diximus, quibus plus fidei habendũ q̃ recentis Auicenis ac pandectis omnibuſq; q̃ huc vſque de herbis conſcripſere ad hos autem confugiendum eſt velut ad ſacram anchoram quoties in noſcendis ſimplicibus ſuborta fuerit dubitatio & controuerſia. His aſſentiendum contra quantumuis diuturnum & receptum vſum ac errantem authoritatem quod nullus vt opinor medicus a nobis quantumcunque inſipiens contrarium opinabatur, nec eſt in præſenti prætermittenda Plinij ſententia, qui lib. Naturę. xxiiij. Ca. xiij. Aſpalathũ Carduũ illũ Fulonũ quẽ Dioſcorides Dipſacũ dicit. Cõmuniores vero virgã paſtoris appellant, innuere videtur at q̃ hæc Plinij vera ſit ſententia, & vos

Succedaneũ Aſpalathi.

ipsi iudicate,aut alter Colinutius. Mainardus vero vt illum non prætereã Aspalaton Sandalorũ aliquod genus esse dubitat,quod sane non credimus, cũ Aspalatus calidus, Sandali vero frigidi sunt.

PHILOLOGIA XX.

GRæce βρύον, Latine Brion, Muscus vsnea vulgo musguo, Moscus almiscre.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

BRyon multus inuenitur hic in arboribus Cedro Populo Alba & quercu.

IVDITIVM NOSTRVM.

BRion siue Muscus officinarũ vsnea est,nemini non nota,ex superfluitatibus arborũ lapidũ ac fruticũ Dioscorides eã adstringendi vim possidere asserit, Galenus vero ac Aegineta ei potius dissentiendi atq; mediocriter emoliendi concedunt potestatem. Nos vero scientes Brium a qua arbore legitur secũ quandã ipsius trahere qualitatẽ,cum hoc tamen dum inter hos graues viros in medicamentorum potestatibus pręscribendis suborta fuerit dubitatio aut dissentio,volumus vt Dioscoridi præ cæteris tam Græcis q̃ Latinis in herbarꝝ ac fruticum descriptionibus fides adhibenda est. sic Galeno in earundẽ assignandis naturis & viribus,cũ nihil in eisdẽ cõscripsit,qđ nõ antea experientia venatũ haberet vt de facultatibus simpliciũ medicamentorꝝ prohemio libri decimi fatetur,non prætermittã tñ reminiscẽtiæ adiumentũ dare,id quod reliqui dixerũt subscribẽdo Moscũ aliũ a Musco esse,nam Moscus preciosissimũ odoris genus est,sanies scis

Moscus. licet galese interingenes concreta,quã potius Algaliã dicimus q̃ Moscũ. Moscus vero cõpositio ex multis potius q̃ naturalis res est,cui basis animalis cuiusdã Dapsico,id est, Cunilo similis,sanguis est qui ex India præcipue Pegu prouincia ad nos tanquã pręciosissimus odor adfertur,attamẽ hæc priscis ignota fore arbitror, cum apud eos saltẽ quos legimus minime de his quidquam scriptum comperiuimus.

PHILOLOGIA. XXI.

GRæce ἀγάλλοχον, Latine Xilo Aloes, lignum Aloes, Hispanice el lenho Aloe, Theuthonice Aloes hout.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

AGallochon lignũ est quod ex india & Arabia affertur, Thyię ligno simile punctis distinctũ & maculosum, odoratũ, cũ amaitudine aliqua gustũ adstringens, cortex corij similitudinem habet colore vario.

IVDITIVM NOSTRVM.

Lignũ Aloes AGallachon Aecio atq; omnium medicorum scola præsente officinarũ Xilo Aloes est lignum scilicet quod ex regione Cini apud Indos ad nos portatur,quanquam tamen Auicena nonnunquam sub Agalochi ditione,nonnũquã vero sub ligno Aloes de illo sua verba committat,hodie tamen vero caremus.

PHILOLOGIA XXII.

GRæce νάρκαφτον, Latine Narcaphthum, lignum aquilæ, Hispanice el aguila lenho, Lusitanice Aguila paoo.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

NArcaphton corticis speciem, & figurã habet Aegiptiæ fici libro similẽ.

IVDITIVM NOSTRVM.

NArcaphtum lignum corticosum ligni Aloes colore est, quod ex India non omnes nostræ Lusitaniæ sed præcipui nobiles ob magnum pretium tanquam rem nobilissimam ac iucundi odoris pro suffitu portant, quare non in omnibus officinis, sed Lusitaniæ præcipue, & harum instructioribus inuenitur, quod sub Aquilę lig Lignũ
ni noie quęrẽtibus monstrant, quod vero apud Pliniũ sit nondũ qđ scimus inuenimus. Aquilę.

PHILOLOGIA XXIII.

GRæcanice κάγκαμον, Latine Canchamum, lacca gummi, Hispanice Guoma loca, Lusitanice alacar.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

CAnchamon lachrima est in Arabia nascentis arboris Myrrhę aliquam similitudinem habet, & viroso in gustu odore sentitur.

IVDITIVM NOSTRVM.

CAnchamum Arabici atq; Indici ligni lachrima est, Myrrhę quodam modo similis quæ ex India ad nos aduehitur, non sub Canchami tamen sed Laccæ verius nomi Lacca.
ne tincturis proprie vtilis, quã & nõnulli ad suffimẽta vsurpãt. Ex qua Neotherici nõ paruas construunt cõpositiones Auicena. ij. sui Canonis libro nonnunq; sub laca quandoq; vero sub keykem corrupta dictione de eo verba cõmittit, quẽadmodũ Plinius naturæ libro. xij. Cap. xx. Cæterũ ne nominis vicinitate decipiaris, scias Canchamũ longe a Canchamo differre. Nam Canchamũ herba apud Dioscoridẽ Cachalis dicta est.

PHILOLOGIA XXIIII.

GRæce κῦφι, Latine Ciphi.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CYphi odorati vaporis & incensi confectio dicata dijs est.

IVDITIVM NOSTRVM.

Aegyptiorũ cõpositio.

CIphi thimiamatis compositio est soli & lunæ dicata, qua vt Platonis verbis vtar prȩclari egregijꝗ quondam in sapientia Aegyptij illi rudi & inculto adhuc seculo vtebantur, vt Plutarchus lib. illo, cui titulum de Iside & Osiride esse voluit monstrat atꝗ Politianus libro de nutritia, cuius causam Statius.iiij. Thebaidos libro his carminibus tetigit.

Statius.

Hi lucis stupuisse vices noctisꝗ feruntur
Nubila & occiduum longe Titana secuti
Desperare diem. Hæc tamen compositio ab officinis nostris in vsu non habetur, nec a doctoribus scribitur.

PHILOLOGIA XXV.

Crocus.

Κρόκος Crocus noster est quo condimenta coquinaria passim ornãtur, Cuius descriptionem Dioscorides tanquã de re passim obuia & in delitijs gulæ habita omisit, nos vero eam nostro marte aperiamus. Est igitur Crocus herba folio gracili, angusto, paruo, pene in Capilamenti modũ, cui radix bulbosa nucleis intersecta allijs simillima inest flores vergiliarum occasu flore cœlestino, qnibus capili illi nunc Crocus dictus hebetes licet postea odorati crescunt, qui licet Cilicius nobilior existat, bonus tamen apud Hispanos cõperitur, alter vero siluestris dicitur Crocus, de quo Cnitij caput, id est, Carthami legendum est. Cæterum Crocum adolescentem in florem sui nominis mutatum poetarum narrant fabulæ.

PHILOLOGIA XXVI.

Κροκόμαγμα, Crocomagma olei crocinifex est, quam instructiores officinæ reconditam habent, Nec Neotherici improbant.

PHILOLOGIA XXVII.

GRece ἐλένιον, Latine inula, Enula campana, Terminalium, Verbascũ, ideum, Hispanice raiz de Alla, Germanice Alantfrant.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ELenion folia habet angusta, folio Verbasco similia, asperiora tantum & longissima, caulem aliquibus locis non profert, radicem habet intus albescentem, foris rubentem, odoratam, grandem, acrem, facili lentore mollem.

IVDITIVM NOSTRVM.

Enula cãpana.

Ἑλένιον nostra est Campanica Enula, a Columella Inula appellatur herba hortis familiarissima, cuius folium latissimum est ad Simphiti foliũ accedens, albicans vna ex parte. Ex reliqua vero lanuginosa est, florem fert luteum, radicem crassam, amaram, optimi tamen odoris quæ succaro aut melle condita temporibus pestilentibus multum valere creditur, vnde in omniũ ore Enula cãpana reddit præcordia sana. Hȩc vero vel quia ex lachrimis Helenæ nata aut ꝗa ab Heleno Troiano inuẽta nomen sibi accepit.

PHILOLOGIA XXVIII.

ζμφά-

OΜφάκινον ἔλαιον, oleum Onfancinum quod ex imaturis oliuis exprimitur Non hac nostra ætate in sanitatis vsu permittitur sed potius maturum illud vero acerbum quam maxime medico vsui deseruit atq; cirurgicorum nonnulli vti guido est inter repercutientia medicamenta eum ponunt quare in officinis optimum seruatur.

PHILOLOGIA XXIX.

Ελαιον ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας, oleum quod ex oleastri oliuis funditur.

PHILOLOGIA. XXX.

Σικυώνιον ἔλαιον, oleum ab communi vsu exoletum Zicyonium

PHILOLOGIA XXXI.

GRæce ἐλαιομέλι, Latine Eleomel.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

ELeomel in palmyris Syrie ex arboris trunco quodam mele crassius oleum sponte manat sapore dulci.

IVDITIVM NOSTRVM.

ELeomel Plinius natural. Historie lib. xv. Cap. vij. sponte nascitur inquit in Sirie palmiris vt vetus habet lectio licet mendose in vulgatis codicibus maritimis dicatur quod Eleomeli vocant manat ex arboribus pingue crassius melle resina tenuius sapore dulci. His manifeste comprehenditur quam valde decipiantur qui Eleomel mannam qua ad ducendam aluum vtimur esse opinantur quum illud arboris e truco illa vero ex aere cadat nec enim nostris in miropolis Eleomel comperitur. Multorũ error.

PHILOLOGIA XXXII.

Κίκινον, Cicinum siue Ricinum oleum Catapucee maioris oleum esse credimus vt ex. iiij. lib. Cap. c. lviij. comprehendimus quanquã Vergilius Marcellus diligens sane scriptor pro phaselo interpretatur, hoc vero apud Arabes de cherua oleum dicitur, cuius in receptulis tam frequens mentio fit quanquam non vbiq; verũ conficiatur, cum herba ipsa careant quam valentini suo idiomate Muiagera appellant. Oleum de kerua

PHILOLOGIA. XXXIII.

AΜυγδάλινον ἔλαιον, oleum Amigdalarum siue Metopium oleum est, cuius duo genera hodie seruantur, & de dulcibus & de amaris Amigdalis.

PHILOLOGIA. XXXIIII.

BΑλάνινον ἔλαιον, oleum Balaninon siue emirabolano vnguentaria dicta glande, oleum ex aliquo Mirabolanorum genere est, reclamāte tamen pādectario qui ex granis ben vel behen oleum esse affirmat hodie ex vsu deperijt.

PHILOLOGIA. XXXV.

Yοσκυάμινον oleum Hiosciami apollinaris herbæ dicte in priuato vsu habetur podagricis.

PHILOLOGIA. XXXVI.

KΝιδέλαιον, oleum de grano cnido id est decoco genido siue thimelea nō chamelea thimeleam Lusitani Hispaniq; turbiscum dicunt chamelea vero mezereon vt aiunt est hodie in vsu non habetur.

PHILOLOGIA. XXXVII.

EΛαιον κνίκινον, hoc est el cnico herba vel Cartamo Croto hortulano.

PHILOLOGIA. XXXVIII.

RΑφάνινον ἔλαιον, oleum Raphaninū plebeis sēptētrionalibus admodum protritum oleum

PHILOLOGIA XXXIX

MΕλάνθινον ἔλαιον, oleum Melanthinum, oleum de nigella vel git nec illud quoque in vsu habetur.

PHILOLOGIA XL.

SΙνάπινον ἔλαιον, oleum sinapinum esinapi habetur in vsu.

PHILOLOGIA XLI.

MΥρσίνον ἔλαιον, oleum mirteum vel mirtinum, & hodie in officinis celebre habetur.

PHILOLOGIA. XLII.

DΑφνινον ἔλαιον, oleum laurinum vulgatum & commune apud miropolas.

PHILOLOGIA XLIII.

Ελάιον σχίνινον oleum Lentiſcinum quod ex Lentici ſemine fit

PHILOLOGIA XLIIII.

Μασίχινον ἔλαιον, oleum Maſticinum e Maſtiche & apud ſeplaſiarios inuenitur.

PHILOLOGIA XLV.

Ρόδινον ἔλαιον, oleum Roſarum quod extra officinas vulgus etiam cõficit roſis oleo in ſole maceratis & in vitro repoſitis nec nobis in præſenti animus eſt hæc maioribus explicare verbis cum quolibet ſuo loco demonſtrabitur.

PHILOLOGIA XLVI.

Ελάτινον ἔλαιον, Elatinum oleum e palma elata quam hodierni abietem palmam vocant, nec enim prętermittendum eſt elaten a columella lib. xiij. palmę corticem appellari quod & Dioſcorides hoc lib, non negat.

PHILOLOGIA XLVII.

OLeum Melinum quod ex malis citonijs fit non præparatur, eo tamen in aliquot malis antiquitas vtebatur.

PHILOLOGIA XLVIII.

Οἰνάνθινον ἔλαιον, oleum œnanthinum fit ex flore vitis Labruſcæ.

PHILOLOGIA XLIX.

Τήλινον ἔλαιον, id eſt, e fenugræco ſemine notiſſimo oleum eſt.

PHILOLOGIA L

Σαμψύχινον, Sampſuchinum oleum ex ſamſupcho ſiue maiorana herba dicta.

PHILOLOGIA LI.

ὠκίμινον ἔλαιον, oleum ociminum ex folijs baſiliconis ocimi dicti hodie præparatur.

PHI-

PHILOLOGIA LII.

ABροτόνινον ἔλαιον, oleum ex Abratano herba commune.

PHILOLOGIA. LIII.

ANήθινον ἔλαιον, Anethinum oleum ex Anetho, & hodie interanodina præparatur.

PHILOLOGIA LIIII

SOύσινον ἔλαιον, oleum Susinum vel Lirinum vel liliorum alborum mulieribus familiare.

PHILOLOGIA. LV.

NΑρκίσσινον ἔλαιον, oleum ex Narcisso floribus confectum hodie non præparatur propter herbæ ipsius defectum.

PHILOLOGIA. LVI.

Kρόκινον ἔλαιον, oleum e croco commune & inter Coia vnum.

PHILOLOGIA. LVII.

Kύπρινον ἔλαιον, oleum Ciprinum siue Ligustrinũ dictum ex ligustro herba Maurorum Alkana exoletum atq; hodie minime in vsu habetur.

PHILOLOGIA. LVIII.

Iρινον ἔλαιον, oleum irinum ex iride illirica quo nihil officinis familiarius.

PHILOLOGIA LIX

Gλεύκινον, negletum atq; minime in vsu oleum.

PHILOLOGIA. LX.

AΜαράκινον ἔλαιον, ex Amarco Matricaria scilicet herba, non vero ex maiorana vt oppinantur.

PHILOLOGIA. LXI.

MΕγαλεῖον, Megalinum oleum exoletum nunc sicut etiam Dioscoridis tempore

pore vt ipse fatetur.

PHILOLOGIA LXII.

Ηδύχροον, Hedichroon, Ethedichrum, à coloris hilaritate sic dictum idem cũ Amaracino videtur esse vt Barbarus inquit, nisi quod nomẽ hoc pro prie habet in Co vbi præstantissimum olim preparabatur, supra tamen memini compositionem quandam sic hoc nomine dici Hedichori scilicet Theriaces descriptionem adornantem quam falso & corrupte Nicolaus ille propositus Diacorali appellat vt in Aspalatho de hac re latius verba nostra commisimus.

PHILOLOGIA. LXIII.

Μετώπιον, Metopium ex Galbano vnguẽtum sic dictum ab ligno ex quo ipsum Galbanum desudat, Metopium dictum vt Dioscorides in presen ti asserit, lachrima ligni Galbanum dicta hodie in Myropolis habetur, vnguen tum vero minime. Galbanũ

PHILOLOGIA LXIIII.

Μενδήσιον, Medentium compositio ea in parte vbi mendes, id est, Caper colitur, præparabatur.

PHILOLOGIA. LXV.

Στακτὴ, Pinguedo recentis Mirrhæ vocatur cum exigua aqua tusæ vt Dioscorides testatur, et organo expressæ, ea perquam odora & præciosa est. Plinius simpliciter Mirrham sponte sudantem dixit, & est vt opinor gummi quod hodierni Seplasiarij storacem liquidam dicũt quo ad poma odorifera & suffitus vtuntur, hoc vero apud psalmistam. xliiij. cap. gutta dicitur. Sic enim ibidẽ verba sunt, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitię præ consortibus tuis mirrha & gutta & Cassia. Storax liquida.

PHILOLOGIA. LXVI.

Κινναμώμινον, vnguentum Cinnamominum olim ad prodigium vsq; in pretio habitum.

PHILOLOGIA. LXVII.

Νάρδινον, vnguentum Nardinũ siue spicatum olim feminis Romanis, & præcipue prædiuitibus familiare, nunc vero Nardinum præparatur oleum an verum dubito.

PHILOLOGIA. LXIII.

Μαλαβάθρινον, Malabathrinum vel foliatum, quia ex folij succo, eiusdem nominis conficitur, exoletum.

PHILOLOGIA. LXIX.

Ιάσμινον, oleum Iasminum, ex floribus Iasmini hodie præparatum apud Hispanos saltem, sub alio tamen nomine Sābacinum scilicet habetur, nam violaceum longe aliud est.

PHILOLOGIA LXX

Σμύρνα, Latine Mirrha, vulgo Mirra.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

Mirrha arboris in Arabia ægyptiæ spinę similitudine nascentis lachryma est, qua incisa, in substratas palmeas tegetes liquor ille defluit, aliquando etiam in trunco arboris concrescit.

IVDITIVM NOSTRVM.

Mirrha nulli non nota sub eodem nomine tamen quæ adulterina vel vera sit. Mainardus inter ea quæ ante fuerunt, nunc vero vel non sunt, vel si sunt, ea viciata comperiuntur, scribens, eam lib. vi. nominat, dicens non solum optima sed bona Etiam Mirrha caremus, nam quæ Mirrhę loco habetur pro odore suauitatis teterrimũ virus obolet, nos vero credimus hanc officinis communem, aliquod Mirrhę genus esse inter hæc a Dioscoride posita, non tamen eorum nobilius cum præstantius, & melioris erat odoris quod prisci dijs pro Thimiate & holocausto offerebāt hæc tamē nostra qualiscunꝗ Mirrha est. Ex India adfertur ex Farico insula quanquam tamen Plinius lib. xij. cap. xv. &. xvi. eam adferri ex Arabia atꝗ Trogloditarum regione asserat.

PHILOLOGIA LXXI.

Στύραξ, Latinæ storax vulgo sic

HISTORIA DIOSCORIDIS.

STirax arboris Cotoneo malo similis lachryma est

IVDITIVM NOSTRVM.

STirax Gũmi arboris est nusquam in officinis non obuia, vna mutata littera, scilicet storax quod pro suffitu ac preciosissimo odoramēto habetur atꝗ eius gratia ex zana Indiæ Prouincia ad nos portatur quanquam Plinius lib. xij. cap. xxv. asserit Syria

ria Iudææ supra phœnicen stirachem gignit, circa Gabala, & Marathunta, & Casium Seleuciæ montem.

PHILOLOGIA LXXII.

GRæce βδέλλιον, Latine Bdelion Bdellium gummi.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

BDellium Saracenicæ arboris lachryma est.

IVDITIVM NOSTRVM.

NIhil in officinis Bdellio communius quod Plinio Naturę libro duodecimo, Cap. vndecimo teste, arboris nigræ magnitudine oleæ, folio roboris fructu capri fici Gummi est, quod non Scithicum aut Arabicum Myropolæ appellant, sed Iudaicum Bdellium potius. Bdeliũ Iudaicũ

PHILOLOGIA LXXIII.

GRæce λίβανος, Latine Thus, Theuthonice wierooc, Hispanice Ençienso.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

LIbaum Romani Thus dicunt, in Arabia quæ ob id Thurifera dicta est, nascitur Thus.

IVDITIVM NOSTRVM.

NOn puto hic erit operæpretium multis ambagibus vti, in re præsertim ita facili, vt nulla prorsus nostra interpretatione indigeat, hoc magis cum a principio operis tantum hoc in libro, harum rerum collationem cum eis quæ in officinis habẽtur, monstrare conati sumus. Thus ergo notissimum est, cuius aliquot genera sunt. Est enim masculum quod sic a specie testium vocant, vt Plinium libro Naturæ .xij. capite decimo quarto sequamur. Mammosum cum hærente lachryma priore consequuta. Hodiernæ tamen officinæ inter Thus & Olibanum differentiam faciunt. Nam eorum Olibanum Thuris Mannam esse puto de qua sequens erit sermo, Cæterum Plinius eo citato loco ex Arabia & Syria tantum Thus adferri asserit, nunc vero ex regione Seyr dicta apud Indos ad nos aduehitur. Olibanũ officinarum Grecorũ mãna est

PHILOLOGIA LXXIIII.

φλοιοῦ λιβάνου, Thuris Cortex siue Corticosum Thus, lachryma Thuris cruste coniuncta dicitur, quare Marcellus Vergilius Cortex Thuris dictus est

inquit, qui multo humore pregnans, à Thure non magnopere differt, ideoq; medicinæ vtilis est, nisi enim Cortex turserit inutilis erit, quare quod in eo laudatur, Thus est.

PHILOLOGIA LXXV.

Græcorum Mãna.

Μάννα λιβάνου, Latine Manna Thuris, officinarum Olibanum est, in qua opus & labor est, cum vehementer in ea erratur, cum Mannam Græcorum multi de qua præsens est sermo, ab Arabũ Manna non secernunt, non sine ingenti errore, & inaduertentia tamen, cũ huic astringendi vis inhęreat Arabũ vero Mannæ potius laxandi atq; aluũ subducendi, atq; hoc magis cum Arabũ hæc Manna aluum molliens, si Auerroi creditur. v. sui colliget, post Galeni tempora inuenta fuit, ad medicinę vsum, aut si antea erat non sub Mannę tamen nomine, sed succari vel mellis vt aiunt aërei, quod certe credimus, vt alibi discutiemus, cæterum in præsenti Græcorum Mannam adstringendi vim habere vltra Dioscoridis in præsenti verba Galeni similia, de ratione curandi Methodi. xiij. Capite secundo feliciter monstrant, dicentia: Manna est purgamentum Thuris leni astrictione prædicta, atq; hoc etiam nomine Thure ipso ad nõnulla vtilior, Thus enim puris tantum mouendi facultatem obtinet, vtpote nullam astringendi vim habens, magisq; id facit, quod pinguius ex eo est, & magis albicans, sicuti etiam quod flauum ex eo magis est, validius siccat, Mannæ vero etiam corticis Thuris paululum est admixtum, vnde scilicet adstringendi vim habet, ipse vero cortex Thuris tum adstringit, tum siccat insigniter, itaq; ad moderatiores sanguinis profusiones eo vtimur solo, sicut etiam ad validiores solo vsto, sed tũc cribrato & in mollissimum puluerem redacto, hæc autem ad verbum Galeni sunt, quibus ipsius. v. Methodi alia respondent verba Capite quarto, subsequẽti ordine. est autem Manna medicamentum, quod magis quàm Thus adstringit, quare non immerito Galenus per totam eius doctrinam eo præcipue libro, cui titulum de compositis medicamentis κατὰ γένη esse voluit à frontispicio vsq; ad calcem libri Manna in omnibus suis adstrictorijs, medicamentis & compositionibus vtitur, vti & reliqui Græci authores, inter quos Æginetam est videre Aetium, Orbasium, et huius farinę reliquos homines. Plinius vero haud hęc siluit, qui libro duodecimo, Capite decimo quarto, vbi de Thuris generib⁹ legẽs inquit, micas concussu elisas Mannam vocamus, his ergo luce clarius patefit Græcorum Mannam adstringendi non vero laxandi, vt Arabum vim habere, sed cum in hac re perplexior est controuersia, quàm quæ paucis explicari queat non absurdum mihi fore videtur, si Mainardi Crinitiq; verba de hac re in præsenti subscripsero, vt studiosi iuuenes legendo veritatem comprehendant.

Criniti & Mainardi amicitia.

Hi vero Mainardus atque Petrus Crinitus quanta olim inter se necessitudine fuerint coniuncti, ipsius Criniti verba ostendunt, libro de Honesta disciplina, Capite quarto, qui cum Varronis locum fœdissime deprauatum, ad vxorẽ Fundaniam scriptum, in pristinum nitorem reddidisset, nullum alium præter Mainardum sibi assensorem requirit, tantum illius hominis eruditioni videlicet tribuens, ne ergo prolixiores simus, Criniti hęc sunt verba.

PETRI

PETRI CRINITI VERBA LIBRO DE Honesta disciplina. xxv. Ca. vij. quo nomine apud veteres Manna diceretur

PAulo accidit vt venetijs agerem, atq; in sermone vt fit hominũ doctissimorum adessem, inter quos bilem mihi mouit ne risum dicam, quorũdam medicorum inscitia qui quum de Manna mentio haberetur, pari improbitate atq; ignorantia asseuerabant, non multis ante seculis neq; ante Galeni ætatem ad nostros inuectam fuisse Mãnam, quod à vero maxime dissidet, siquidem Mannę vsus vt nostri vocant vel Tiberio Cęsare imperante à medicis probatus est, tametsi alio nomine Romani authores, eam appellant vt in plerisq; alijs contingit quę ad vsum vitę pertineant. Astipulatur huic sententię Cornelius Celsus qui curari quędam vlcera tradit si perungãtur mele, addito Rore Syriacó aut amaris nucibus, quo loco Syriacum rorẽ pro eo intelligi oportet quod à nostris medicis Manna Hebraico nomine vocatur, cuius humor vt constat Syrijs olim populis celebratus est de quo complures, tum Dioscorides copiose ad Arium scribit Mannam referens quæ ἐγχονδρος dicitur, probari in Libano candore præcipuo, eáq; adulterari si addatur resina ex Pinu vel tenuissima Siligo q̃ γύρη appellãt, sunt qui in Papinio Poeta de Manna intelligãt quo loco Palestinos & Hebręos liquores nominat. Orpheus vates et hanc inter Thymiamata refert Mitto Galenũ & alios medecinæ authores qui nobis hac in re patrocinãtur. Nostris temporibus ea maxime in precio est, quam Calabrensem vocant, cuius commẽdatio habetur, si albicans & friabilis sit. Nec desunt qui hanc Syriacæ pręferãt minime aũt me pręterit, vel in ipso Thure Mannam dici à Plinio, & alijs micas Thuris, quę elisę sunt. In Thure inquit Plinius, ex concussu micas Mannã vocamus quod & Hermolaus Barbarus non ignorauit, vt in perquirenda omni antiquitate diligens & accuratus.

MAINARDI EPISTOLA QVARTA Petro Crinito Florentino de Manna.

CVm heri vesperi post ægrotorũ visitationes ad Seplasiariũ quendã de more diuertissem: accedit repẽte Florianus meus & bonarũ lrarũ & doctorũ hoĩm studiosissimus, manu gerẽs forma Enchiridij libellũ. Ego sititor alioq̃ rerũ nouarũ pcũctor q̃d rei vñq; acceperit, ait Dialogũ ẽẽ de sculptura & emisse ex quodã Bibliopola (tabernãq; indicat) q̃ illũ simul cũ nõnullis libris Florẽtię formis excussis venales haberet inter quos recenset Criniti nescio quid, audito Criniti mei noĩe, statim aduolo, magnaq; cũ voluptate librũ tuũ de Honesta disciplina reuoluo Capita percurro vniuersa deuoro potius q̃ lego, deus bone quæ copia, quæ varietas, q̃ multiplex lectio: q̃ obseruationes, q̃ pura castaq; narratio Agnosco in his Criniti viuax illud ingeniũ profundã memoriã acre iuditium in mentem subeũt nostræ illæ propter arni ripas deãbulationes, crescit ardor (quoniam aliter non licet) vel in ipsis tuis commentationibus te audiendi videndique Librũ igitur domũ mecũ porto, occipio legere cũctatius modo hoc modo illud caput, tãdẽ nescio q̃ modo, vij. ca. lib. vlt. offendo: accẽsus nouitate tituli magna

attentione legere incipio video inscios improbos ignaros vocari medicos qui Mannam cuius nunc communis vsus, ante Galeni tēpora ignotā Italiæ affirmāt doleo hic simul & gaudeo, doleo quidem me in eorum numero hactenus extitisse, quos video proteri a te & floccifieri. Gaudeo ignorantię nebulam per te mihi abstergi, non enim ex his sum qui sibi placendo malunt errare, quam alterius cedendo ingenio resipiscere. Pergo legere, audioq́ Tiberio imperante Mannæ vsum a medicis probatum, licet alio nomine eam appellarint. Probari hoc magna animi propensione expetens vniuersum caput perlego, eo tamen lecto non minus ac antea probationes desidero, Siquidem quæ abs te ad huius rei probationem afferuntur (amico vera l quenti ignosce) mihi haudquaquam satisfaciūt, nam Celsus tuæ sententiæ astipulari (vt dicis) minime videtur Lectionem ego inprimis deprauatam, vt alibi plerunq́ ita eo loco puto, scribēdumq́ Rhos, voce quidem græca sed quæ, vt inquit Plinius Latinum nomen non habet, significatq́ eum fructum, quem Arabes & vulgus nunc medicorum Sumac dicunt, olim obsonijs & pellibus nunc medicinæ seruientem: de quo & Theophrastus li. iij. de Historijs plantarum & Diosc. lib. i. & Galenus, viij. & Plinius lib. xxiiij. abunde scripserunt: aitque Plinius quod vlceribus medetur manantibus cum melle, quæ fere sunt verba Celsi per te recitata Gal. quoq́ ἀντιβαλλομένα scribens Syriacum eum appellat: sed sit vera & genuina illa lectio, certe nullus in disserendi arte vel mediocriter eruditus ex ea id affirmabit sequi quod contendis, rorem scilicet Syriacum eo loco oportere intelligi, quem Hebræorum monumenta, & recentiores medici Mānam vocant, Nil enim vetat vel aliam quamuis rem vel ipsum Rhoun intelligi præsertim cum in libris recentiorum medicorū pro Rho legatur aliquando Ros Syriacus, sicut & apud Columellam & Palad, nec Manna intelligi apud Celsum possit nisi inscitia rei medicæ Celsus ipse notetur Quæ enim vis Mannæ huic nostræ vt mala oris vlcera, de quibus inibi scribit per eam sanescant aut qđ cū amaris nucibus consortium? Quanto igitur melius peccatum vnius elementi in librarium reijcere Rhumq́ ipsum rem a Gal. & cæteris in stomaticis pharmacis summe collaudatam vel legere vel intelligere, quam Cel. ipsum facere alijs authoribus rationiq́ ac sibimet parum cōsentanea affirmare? Dioscorides quoq́ in suo illo ad arium περὶ ὕλης ἰατρικῆς lib. tam nominat eam qua de quæstio est Mannam quam meam hanc quam nunc scribo Epistolam: sed eo ipso quem tu affers loco, hoc est Cap. lxxxvi. de Manna Thuris, non de Manna hac recentiorum scribit: quod profecto adeo est clarum Dioscoridem ipsum legenti vt mirari satis non possim te quem oculatissimum semper agnoui, in tanta luce caligasse. Scribit enim Cap. lxxxiiii. περὶ λιβάνου, altero. i. lxxxv. περὶ φλοιοῦ λιβάνου, deinceps vero. lxxxvi. περὶ μάννης λιβάνου, in hunc modum μάννα δὲ λιβάνου δόκιμος ἐστιν ἡ λευκὴ καὶ καθαρὰ ἔγχονδρος, & paucis interiectis μίσγουσι δ᾽ ἔνιοι δολίζοντες, ῥητίνην, πιτυΐνην, σεσησμένην, καὶ γύρην, quæ fere sunt verbum ex verbo quæ per te allata sunt ex eius sententia, E quibus non aliam Mānam quàm Thuris cum intellexisse nullus dubitabit qui sciat idē esse apud græcos λίβανον, seu λιβανωτὸν, quod apud nos thus videatq́ post hoc ca. lxxxvij. in q̄ de Thuris fuligine tractatur ita vt quatuor capitibus vniuersa Thuris materia absoluatur, sed & Gal. qui nullibi hanc vulgarem Mannam sub hac voce nominauit, licet de ea in Lib. de alimentis Cap. de melle aliquid tetigerit cum alibi pluries

pluries tum. xiij. libr. περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου Mannę Libani mentionem habet impleri ea docens suppuratos tumores post sectionem quam & definit ἀπόσεισμα λιβανώτου, demum quam Orpheus inter Thimiamata vt scribis, refert, quis vtranq; internoscens non potius credat esse excribrationem & puluisculũ quen dam Turis ad suffimenta idonei & quem adoleri aris vetustissimum sit, quã hãc vulgarem quæ penitus inodora suffiriq; contumax ac inepta & quæ in vsus potius ægrotorum quam sacrificia deorum venire cõsueuerit. Neq; igitur Celsus neq; Dioscorides, verum neq; Orpheus id probare mihi videntur quod contendis Tiberio scilicet Cæsare imperante Mannam hanc quam nunc passim ad aluum nobilium (preciosa enim res est) leniendam exhibemus in agnitione & vsu fuisse medicorum. Quare si quas habes huius rei euidentiores demõstrationes eas scribere non pigeat simul Mainardo tuo rem gratissimam facturus, simulq; veritati patrocinaturus, nisi enim fortiores rationes videro non sum ab Auerroe Cordubensi recessurus qui mannam hanc inter ea reposuit quæ post Galenum in vsum venerunt medicorum, nisi forte quispiam antiquitati fauens mel siluestre vt Sudas vel mel roris aut aeris vt Galenus vocatam ab antiquis contẽdat, cui nec nos magnopere (vt alias ostendimus) repugnabimus. Vale.

PHILOLOGIA LXXVI.

Αἰθάλη λιβανωτοῦ, Thuris fuligo est quæ cremato thure fit, non in officinis p̃paratur.

PHILOLOGIA. LXXVII.

GRæce πίτυς, Latine Picea arbor pinus, teda, Hispanice el pino arbol tea.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

PIcea nota arbor ex eodem genere teda est specie tantum diuersa.

IVDITIVM NOSTRVM.

TAnta est in pini specierum descriptione inconstantia tanquam incerta historia authorum ex similitudine & arborum mixtura eueniens, vt non facile ex eorum sententijs in præsenti aliqua doctrinę est mandare, vnde non immerito Plinius naturæ lib. xvi. cap. x. hæc suæ ætatis medicis non satis constare videtur, quare relictis omnium monumentis quid in hac re sentimus nostro aperiamus Marte, pini arboris Cois vulgo Conos illos ferentis intra quos fructus ille strobilus comperitur, multæ sunt species, quædam siluestris folia tenuiora domestico pino atq; conos minores habens quos græci pitudas nominant, magis tamen algentes atq; omnino strobilis carentes, hanc vero pini speciem Græci Pitin, Romani vero Piceam nominare consueuerunt, quæ plures sub se differentias continet, nam siluestris quedã picea est, ex qua pix tantũ nigra extrahitur, cuius nõ parua apud Canariæ insulam comperitur pars. Alia vero ex qua Resina iã nũc Therebinthina falso dicta, desudat apud Gallos non infœliciter eueniens, reliqua apud Hispanos abundeproueniens, quę tantũ lucernarũ loco inseruit quia ignis ea maxime ardet, atq; inde teda siue taea dicta est, Alia vero picẽ liq̃dã est mãdãs Canarię

ſimul vti multis aliȷs in locis familiaris,his plures addi poſſent quæ magis nauium ornamento quam medico vſui inſeruiunt,addimus tamen abietem arborem illã ex qua & reſina ſimul aufertur,abietem dicimus arborem quam Hiſpani iuxta Luſitani Faia dicunt,Theuthonici vero een Abeel,Itali Abieto vocant,ex qua multa præparantur vaſa cupę ſimilia,nec Marcialis lib.iiȷ.vas illud alio nomine appellauit dicens,namq; ratē vacuę ſuſtentant vndiq; cupę,ſed de his alibi.

PHILOLOGIA. LXXVIII.

Στρόβιλων, Strobilus nucleus pini in officinis dicitur quo compoſitiones ſuas præparant, loht,ſcilicet de pino,qui in cibum ſumptus humores optimos gignit,ſitim ſedat,ſtomachi dyſcraſiam tollit, vrinã purgat,nam vuis paſſis,& p ſe ſumptus venerem excitare creditur.

PHILOLOGIA. LXXIX.

Σχῖνος, Noſter eſt Lentiſcus arbor haud omnibus non ſatis nota,omni tempore vireſcens vt ex Ciceronianis verbis à Plinio Lib.xviiȷ.Cap.xxv.ſubſcriptis hoc ordine monſtratur.

Iam vero ſemper viridis ſemperq; granata,
Lentiſcus:triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu
Ter fruges fundens:tria tempora monſtrat arandi.

PHILOLOGIA LXXX.

Μασίχη, Reſina lentiſſima,Maſtix eſt,nec ſub alio vndiq; habetur nomine quam ſub Maſtiches Theophraſtus ex ixine herba Maſtichem colligi dicit Theodorus tamē gaſa herbam illam Cameleonem album Carduum pineam dictum interpretatur qua ratione vero ſapientioribus committo.

PHILOLOGIA. LXXXI.

Τέρμινθος, Therebinthus arbor de qua ſacrę litterę legũt, eius duo ſunt genera non omnibus tamen nota,ſed aliquibus tantum, & his Siriȷs apud Damaſcum habitantibus Iudęiſq;:Ex his vero Reſina Therebinthina dicta ſtillatur quanquam tamen in hanc vt in multis recentiorum negligentia efficit vt nõ bona atq; vera, ſed eius loco penſiua vel laricea vtamur. Reſina liquida tamen vt pro vera mercatoribus Therebentina habeatur, cæterum Reſinę multis arboribus leguntur vt ex barbaro,cum eis quæ à nobis dicta iam ſunt quiſq; comprehendere valet, Non prætermittam tamen Galeni verba de compoſitis medicamentis Κατάγενη lib.iiȷ. Eo ſcilicet capite quo vulneratorum neruorum vniuerſalem curam ſcribit,dicentia inter reſinas, ſicut etiam in picis genere,contrario modo habet,aridę præſertim ab humidis permultum differunt, omnium vero ſicciſſima eſt quam nonnulli frictam aliȷ Colophoniam appellant,huic ſuccedit quæ ex figulinis impura nec deſpumata ſumitur quam ſi purges in frictam

mutabi

mutabitur. His ambabus ſiccior eſt quę dicitur Pitinon Phiſema, ac ſi dicas picea germinatio. Hanc ſane ſeu ſqualidam in pręſenti emplaſtri compoſitionem non eſſe idoneam ratus abieci, vſus autẽ ſum fricta & liquidis, iam vero ex his nonnullę diutius liquidę permanent, quemadmodum Therebintina, aliæ cito marceſcunt ſicut Strobilina media vtriuſq; eſt Abietina quin etiam facultate calidior eſt quidẽ Strobilina, mox vero Abietina, deinde Therebẽtina, Cupreſſi reſinam non miſcere auſus ſum, vtque nonnihil adſtringeret. Putabit forſan aliquis nobiſcum diſſentire Dioſcoridem Anabarſeum in ſermone de reſinis hũc in modum ſcribentem primo de medica materia cõmentario. Ex omnibus reſinis principatus Therebentinę datur poſt eam lentiſcinę tum ei quę de picea raditur, & Abiete vltimum locum pinea ſtrobilina quę obtinet, in his enim Dioſcorides tanquam de infima Srobilina, optima vero Therebinthina ſentire videtur. Verũ ego ex his tribus reſinis, Strobilina, Abietina, Therebinthina, principem certe Strobilinam calore, ſecundam Abietinam, poſtremam Therebinthinam eſſe diximus. Quemadmodum igitur qui inter italię vina auſtera optimum ponit vinum italicum. Alius ad qualitatem vnam ſermonem referens, alius abſolute de tota ipſius ſubſtantia pronuncians verus deprehenditur. Eadem ratione etiam inter reſinas optimam tanquam medicamẽtũ in multiplices vſus accommodatum merito Therebinthinam affirmaueris, nõ tamen caliditate primas obtinere. Hęc Galenus.

PHILOLOGIA LXXXII.

GRęce πίσσα ὑγρὰ, pix liquida, Latine Colophonia, pix Gręca, Hiſpanice Pex Gregua.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PIx liquida ex pinguiſſima colligitur teda vt picę materia, probatur ſplendore, leuore & puritate.

IVDITIVM NOSTRVM,

PLinius Natura. Hiſt. lib. xxiiij. Cap. primo, Pix inquit aliud nihil eſt ꝙ fluxus combuſtior in teda ſua reſinæ liquida, tamen in præſenti pix officinarum Colophonia, ſiue Græca pix eſt, quanquam & ſiccam eam Dioſcorides appellat picem. Succedaneũ Aſpalathi.

PHILOLOGIA LXXIII.

PIσσέλαιον, Piſſelęon oleum picenum, ex pice factum, nõ pręparatum comperitur, nec à doctoribus ſcribitur.

PHILOLOGIA LXXXIIII.

Aἰγνὺς ὑγρᾶς πίσσης, liquidę picis fuligo cremata pice fit, vt ſupra thuris fu-

 ligo

ligo, nec hæc prȩparatur.

PHILOLOGIA LXXXV.

Πίσσα ξηρά, sicca siue spissa pix, & Colophoniam esse prædiximus, quanquã liquidam eam Dioscorides simul appellat.

PHILOLOGIA LXXXVI.

Ζωπίσσα, siue vt Aegineta Hypochima, bituminis genus est, quo argentarij aurificisq́; fabri vtuntur.

PHILOLOGIA LXXXVII.

Ἄσφαλτος, Asphaltus, ab officinis bitumen Iudaicum dicitur, de quo Conciliator Gentilisq́; Fulginas quondam argumentati sunt.

PHILOLOGIA. LXXXVIII.

Πισσάσφαλτος picibitumen est, quod nostro æuo propicãdis nauigijs in vsu est, nam aliud naturale est, neq; enim illud Moïmia est, vt Serapio male opinatur.

PHILOLOGIA LXXXIX.

Νάφθα Babylonici bituminis distillatio est colore candidum, quanquam & nigrum simul comperitur in officinis, non sub Naphta aut bitumine Babylonico habetur, sed verius vt nostra fert opinio sub petroleo oleo, quanq̃ & illo careant, quare ne omnino illo carere videãtur ex lateribus nescio quibus lutheis nouis vt Albucasis seruitoris libro, aut veteribus, vt Messue & Arnaldus fieri prȩcipiũt, quoddam præparant eiusdẽ nominis oleum, q̃d si Naphthȩ virtutibus respondet, ipsum bene meritum ex tantis sibi tributis nominibus credo, scilicet Philosophorum oleum, sapientiæ oleum, benedictum oleum, diuinum oleum, & vt summatim dicam, Sanctum perfectiq́; magisterij oleum nominant, quæ omnia Naphtæ ob altas eius vires conueniunt.

PHILOLOGIA. XC.

Κυπάρισσος, Ciparissus, Cupressus, & Hispaniæ, Lusitaniæ, ac Italiæ nota arbor est, quanquam tamen in Germania aut frigidioribus climatibus minime nascatur, quare Plinius Natur. libro inquit decimo sexto, capite. xxx. Cupressus aduena & difficile nascentium fuit, vt de qua verbosius sæpiusq́; q̃ de omnibus alijs prodiderit Cato, eius autem Galbulæ siue nucis aut poma in vsu medicinȩ tantum sunt, nec sub alio dicto nomine in officinis reconduntur.

PHILOLOGIA XCI.

GRęce ἀρκευθίς, Latine Iuniperus maior, iuniperus minor, Hispanice Enebro arbol fructus seueblithas, Gallice du Geniefure, Theutonice Geniuer, Germanice Mectholder.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

IVniperus duplex est, altera maior, minor altera, quæ omnibus nota arbor est Cupresso similis, incultis & maritimis locis nascens.

IVDITIVM NOSTRVM.

IVniperum ἀρκευθὶν Græci vocāt, Cuius duo nota genera vulgo sunt, Maius scilicet & minus, Cupressi similitudinem referentia, folijs præsertim, quanquam Iuniperi spina potius q̃ folium est, quod Plinius non siluit libro. xvi. Ca. xxiiij, nec ab arbore vnquam decidit, immo semper viret, vt eodem libro. xxi. Cap. retulit, vnde non immerito Topiario operi ac Pergulis idonea arbor, cuius lignum nunquam cariosam senectam sentit, vt ex trabibus Dianæ templi idem tertio capite approbat, quod suauissimi odoris est, multo magisq; eius Baccæ nigræ, quibus in cubiculorum suffitibus vtuntur, Hæc vero Iuniperi duo genera tantum arboris & seminis magnitudine inter se differunt, Cæterum non prætermittam aliorum sententiam in præsenti citare, dicentium, gūmi ex Iunipero resudans Sandaracham velut hodie vocant, vermicem esse, quare eorum Sandaracham omnino a Græcorum esse diuersam intelligent, qui Græcorum Sandaracham non fruticis aut arboris gūmi sed Minerale potius esse sciuerit, vt ex Fuchsij libello illo de erroribus medicorum comprehendere est, atq; ex Georgij Agricolæ de re Metallica libro, vt reliquos taceam, qui quantum Arabes Sandaracham cum Arsenico cōfundant, ibidem monstrat.

PHILOLOGIA XCII.

GRæce βράθυ βόραθον, Latine Sabina, herba Sauina, Hispanice Sauina, Theuthonice Sauelboom, Germanice Seuenbaum.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

BRathy, & hęc duūm generum est, alterum folijs Cupressi, spinosis tamē, graui odore, acre feruideq; naturę. Curta hęc arbor est, & in latitudinem magis se explicans, alterum eius genus Tamaricis est.

IVDITIVM NOSTRVM.

PLinius Naturalis Historiæ libro. xxiiij. Cap. vndecimo, herba Sabina Brathy appellata a Græcis, Duorum generum est, Altera Thamaricæ similis folio est, Altera Cupresso, qua ex re quidam Creticam Cupressum dixerunt, hæc Sauina familiaris omnibus est, quæ folio Cupressi perpetuo virenti est, quare in Thopiarijs non immerito cōtinue reperitur.

PHILOLOGIA XCIII.

GRæ. κέδρος, Latine Cedr⁹, liquore i⁹ Cedria pegula, vulgo arbor Cedro.

HISTO

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CEdron grandis proceraqꝫ hæc arbor eſt, colligitur ex ea Cedrinus liquor, fructum fert Iuniperi modo, rotundum, Myreę Baccę magnitudine.

IVDITIVM NOSTRVM.

CEdrus arbor Iunipero non abſimilis, folio tamen ſpinoſiore, & duriore fructu, etiã ſimili, humilior tamen vt Theophraſtus tertio de plantarum hiſtorijs refert, quanquam tamen quas Cedri vidimus arbores in inſula præcipue Maderię ac omnium inferiorum regis Luſitaniæ inſularum multo maiores Iunipero erant, atqꝫ earũ Baccæ maiores durioresqꝫ Iuniperi, quas Cedrides Græci dicunt, vnde Cedri diuerſa genera eſſe facile eſt comprehendere, vltra Theophraſti verba ab eis quæ Plinius Naturæ libro tertio, Cap. v. memoriæ tradidit, quanquam nonnulla Iunipero potius competentia, Plinius Cedro tribuit, quæ exercitantibus in ſpeculationem committimus. Cedrus vero illarum arborum eſt, quibus folia ſunt capillata, nec vnquã decidunt, quare & Pergulis idonea, cuius materia Iunipero incorruptior eſt. Plinius Cedrum appellari inquit in Siria humorem e ligno tedæ conciſæ defluentem, quo cadauera in Aegypto perfuſa diu ſeruantur, ac eo tedæ funaliaque illinebantur, vt dum arderent, gratiſſimum odorem referrent, quod Maro hoc carmine notat.

Vrit odoratam nocturna in lumina Cedrum:

Ex Cedro pix colligitur Cedria dicta, licet officinę eam Pegulam dicant.

PHILOLOGIA. XCIIII.

GRęce δάφνη, Latine Laurus, Hiſpanice Laurel lorero, fructus Bacu lauri, Theutonice Bakelere.

DIOSCORIDIS. HISTORIA.

DAphnem Romani Laurum dicunt in Lauro quędam tenuiore, quædam latiore folio eſt.

IVDITIVM NOSTRVM.

DAphne Laurus, arbor illa quondam Apollini dicata, qua triumphantes in Coronas vtebantur, omnibus nota eſt, cuius duo genera ſunt, domeſticum & ſilueſtre, parum inter ſe differentia, quæ paucis in præſenti Dioſcorides monſtrare intendit. Cęterum eorum Baccę officinis familiares ſunt.

PHILOLOGIA XCV.

Πλάτανον Platanus, inquit Naturalis Hiſto. lib. xij. Cap. i. Plinius. Sed quis non iure meretur arborem vmbræ gracia tantum ex alieno petitam orbe. Platanus hæc eſt per mare Ionium in Diomedis inſulam eiuſdem tumuli gracia primum inuecta, inde in Siciliam tranſgreſſa, atqꝫ inter primas donata Italiæ, & iam ad Morinos vſqꝫ peruenta, quæ autem arbor hęc ſit, non ſatis mihi conſtat. Germani tamen eam oehrn nominare ſolent, Nec ignoro eſſe qui illam

Braſi-

Brasiliū arborem dictitent, quæ ex Brasilio Guineę regione ad nos aduehitur.

PHILOLOGIA. XCVI.

Μελία Fraxinus arbor nota est, non vere Persicana, vt Thurinus in Aeginetæ versione male interpretatur, de qua Serapion atq; illius Pandectarum collega agentes, non minus fœdę quam ille sunt lapsi, vt Mainardum, Leonicenum atq; Fulcium annotasse legimus.

PHILOLOGIA. XCVII.

GRæce λεύκη, Latine alba Populus ἄιγειρος, Latine nigra Populus, Hispanice Populopauo alamo, Theutonice Populier boom, Germanice Alberbaum.

HISTORIA ALBAE ET NIGRAE POPVLI.

LEucen Romani albam Populum dicunt, Aegirum vero ipsi nigram dicūt Populum.

IVDITIVM NOSTRVM.

NOta omnibus arbor Populus est, cuius duo sunt genera Leuces, scilicet alba Populus, & Aegiron, id est, nigra Populus, in officinis pro Miracopi populei cōpositione passim euenientia, quare cum in Apothecariorum continuo vsu res sint, fit vt non solum a Seplasiarijs, sed ipsis doctoribus de eis inquisitio fiat, atq; id magis circa earundem inquirendas vires, cum Conciliator nomine Petrus Apponensis differentiarum libro illo, atq; aggregatorum libri author Serapio calidam tertio ordine populum esse affirmant. Auicenna vero tanquam in hac re vt in multis non satis constans, sub multis nominibus de Populo.ij. Canonis libro lectionem agens, quandoq; tertio in ordine eā calidam collocat, quandoq; vero in primo, nā capite.cccxliiij. sub Auro Romano quē Populum dicit, vt eius inferiora verba monstrant, atq; eius fidelissimus interpres Fulginas non negat. Sic inquit Aurus Romanus quid est? nominatur Achirosa, natura calefacit vehementer in tertio, & exiccat in primo, & eius flos est vehementioris, et ipsius gummi vltimum in calefactione est, hæc Auicenna. Nam ibidem Populum intellexisse, eius corruptum idioma monstrat, cum pro nigra Populo Grecorum scilicet Aegiro Achirosa scripsit. Eadem vero verba sub alio nomine nucis scilicet Romanæ cap. c vij. tanquam rei scriptæ obliuiosus aut Lethargus Auicenna repetiuit dicens. Nux Romana quid est, nominatur Acrufex, natura calefacit vehementer in tertio, desiccat in primo & eius Gummi est vltimum in calefaciendo. Nos vero credimus Acrufex Leuces loco Auicennam vt solet corrupte scribere, sed non his, de hac re Auicenna contentus iterum de ea sub auro caput perfixit, quo albam cum nigra Populum miro modo confundit, atq; iam non tertij ordinis calorem ei tribuit, sed potius, si metrum, aut temperatum, vt eius sequentia monstrant verba. Haurum quid est dicitur, quod gūmi eius quæ ex hac arbore est, Romana karabe, cuius natura æqualis ad siccitatem declinans paucam est, iam his claret verbis, Auicennam non vno comprehendi errore, sed potius duobus, vt inferius monstrabitur. Derelictis ergo Auicennæ intentionibus, nobis scopus erit Populo ex Galeni dogmatibus suam tribuere naturam, vt deinceps candidati iuuenes in eadem perquirenda non defatigentur. Galeni ergo de facultatibus medicamentorum simplicium sexto libro Capite. Aegiro hæc sunt verba. Aegiri flores calidi quidem

concilia tor Petrus apo nensis.

demsunt, primo recessu a temperamentis, at indifferentia quæ habetur in siccando & hu mectando paulũ quidẽ ad siccius deflexerunt. Neq; enim te decipiat vetus & vulgata illa traductio Calidam in tertio ordine statuens, quũ parua ei fides erit adhibenda. Nã cum ex Græca ad Arabicam, ex Arabica ad Latinam linguã traducta sit, multis scatet erroribus. mutila ac manca multis in locis est, & Galeni verbis. Aeginetæ sententia asti pulatur libro suo septimo inquiens. Aegiros, id est, populus nigra, in primo ordine ca lefacit, modice siccat, & tenuis est substantiæ. Sed ne omnia autoritatibus conuincamus, hanc non ad maiorem extolli gradum, eius monstrat sapor, odor, ac omnia cętera in ea comperta, quibus vis comprehendi est, gustate ergo primo quidem adstrinctionẽ quan dam ægram monstrat, post eam vero amaritudinem subobscuram quandam, nec olfa ciendo ea teterrimi & ingentis est odoris, vt quidam dicit, aduersus quem Iacchus qui- dam Alaxinus non infelix Burdegalensis medicus argumentatus est, vt eius vulgatus libellus legenti monstrat. Olfacite ergo forsan non inuitis pedibus in nostram ibitis sen tentiam, cum non minus odora odore quodã non insuaui olfacienti est, quæ omnia exi guum calorem monstrãt, vt primum gradum excedere in caliditate nõ dicatur. Quare Auicennam, Conciliatorem, Serapionem in hac parte halucinatos omnes vident, vnde hac in re longiores esse nolumus, cum Mainardus Epistolarum libro suo hæc adamus- sim explicuit, sicut & Fulcius ex eius intentione, Scias tamen non me Leucæ, id est, albę Populi temperamentum citare velle, cum de ea parua sit dubitatio. Cum magis ad fri giditatis quam ad caliditatis latus accedat, vt Galeni Aeginetæq; verba monstrant.

Iacchus Alaxin⁹

Consuluimus tamen in præsenti non multum abesse, siue in Miracopo Populeo Leucen id est, albam Populum siue Aegirum immisceas, Cum Leuce vltra illa frigiditatem ar guentia quæ tribuunt, absterfiuam quandam vim, ei simul condonant callditatem ar- guentem, vt ex Galeni doctrina didicimus. Sed quum veterum doctrinam hac in par te sequuti sumus, qui cum de Populo alba, loquuti sunt, simul & de nigra mentionem agunt, non Marcelli versioni in hoc adhærentes, quam in omni sequimur, non absurdũ quendam Auicennę ac sequacium errorem monstrare erit, ex his Dioscoridis non satis intellectis verbis emanantem asserentibus scilicet, fertur vtriusq; Populi lachryma circa Eridanum fluuium in distillando densari fieriq;, quod electrum Græci, Romani Succi num vocant. At his ergo Auicenna imbutus verbis Succinum, siue vt communes kara be appellant, gummi Populi arboris esse intendit, ac de eo secundo Canonis capite tricẽ tesimo septuagesimo quarto, sic verba memoriæ tradit. karabe quid est, gummi sicut Sandaracha tendens ad citrinitatem & albedinem & peruietatem, & quandoq; decli- nat ad rubedinem, quæ attrahit paleas & fracturas plantarum ad se, & propter hoc no- minatur karabe, scilicet rapiens paleas Persice, & est gummi arboris quod dicitur Nux Romana, quæ est composita ex terrestritate subtili & a queitate, sicca natura est calida parumper, sicca in secundo, hæc Auicenna, quibus temperatum esse dicit, sicut libro illo de viribus cordis sub his verbis karabe calida in primo, sicca in secundo, opinio tamen est quod sit frigida, hæc ipse, quanquam superioribus in verbis karabe siue Gummi Ro manæ nucis, vt dicit, calidum tertio ordine esse vult, vt hæc a principio legenti verba sunt nota, tamen in his non insistimus, aliquantisper tamen oculos ad propositum ver tendo quantum Auicenna deceptus sit, atq; cum eo plures alij monstrant ea quę Plinius scribit libro trigesimo septimo, capite secundo. Nam vltra nonnulla fabulosa ibidem ex Aeschylli, Philoxeni, Nicandri, Euripidis intentionibus quæ Ouidius Methamor- phoseos libro secundo sequutus canit.

Ouidi⁹

Inde fluunt lachrymæ stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis.

Et Theophrasti, Xenocratis, Mitriditatis, Theomenis, Sophoclis Tragici, multorum insignium Philosophorum verba subscripsit, quibus non contentus propriam hac in re sententiã tradidit sequenti capite dicens. Certũ est gigni in insulis septentrionalis Ocea ni, & a Germanis appellari Glessum, itaq; et a nostris vnam insularum ob id Glessari- am appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austrauiam a Barbaris di ctam, Nascitur autem defluente medulla Pinei generis, arboribus vt gummi in cerasis resina

Succinũ cuius ar borisgũ mi.

resina Pineis erūpit humoris abundantia, densatur rigore vel tēpore Autumnali, cum intumescens æstus rapuit ex insulis, certe in littora expellitur, ita volubile vt pendere videatur atq; concidere in vado, quod arboris succum esse prisci nostri credidere, ob id Succinum appellantes. Hæc autem Plinij omnes nostro æuo vera esse affirmant, quare Auicennam vt reliquos lapsos esse manifestum est, Nec enim Dioscorides eam famam vel opinionem approbat, nam cum fertur inquit, insinuat commentum non probare, immo vt erroneum explodere.

PHILOLOGIA XCIX.

GRæce μάκες, Latine Macer macis, cortex nucis Muscatæ, Theuthonice Foulie, Hispanice Macas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

MAcer cortex est, qui à barbaris affertur, crassus, colore subruffo, & qui vehementissime in gustu adstringit.

IVDITIVM NOSTRVM.

VT non pauca præstantissimis olim medicis, in maximo medendi vsu habita, quæ nobis nunc aut ignota, aut si vsui sunt ex altissimis tenebris, vel vt verius dicam, ex ipsis inferis, quo demersa erant, in lucem reuocata sunt. Sic nobis multa quę ipsis omnino ignota fuere, diuina prouidentia quæ omnia regit & tuetur, in lucem traxit, qualia hæc inter plura alia: Ambram Anacardium, Casiam fistulam, Galainguam Moscum, fausel, Sandalum, Camphoram, ijs et Macem et Muscatam nucem, quidam addūt, vt Mannam, Mirabolanosq; taceam, qui non mea tantum sed aliorum sententia falluntur, cum Dioscoridis in præsenti Macer Macis aroma illud celebre sit, vt eiusdem in præsenti verba monent. Nam vltra ipsum corticem esse, & subrufi coloris est, atq; adstrictioris cuiusdam particeps aromaticæ, id quod & Galenus libro septimo simplicium clarioribus verbis, sed longioribus monstrat, indicatq; hunc ipsum esse dicens: Macer cortex est qui ex India conuehitur, gustu multum acerbo, cum leuicula quadam acrimonia odorata, iucundum sane, redolens vt pleraq; aromata siue odorata, quæ ex India conuehuntur, his Aeginetæ verba vt solent adstipulatur, libro septimo suæ medicinæ, quibus verbis quisq;, nisi talpa cęcior sit, antiquorum Macerem, corticem Macem nostrum esse fatebitur. Nam vltra ei consignatis signis, neminem dubito esse, qui Macem corticem Muscatę nucis esse non sciat, qui ex India, pręsertim tamen ex prouincia Malaca dicta aduehitur, quę minime Galeni dogmatibus repugnant, immo in omni accedunt. Quare quum res ita se habeat, Plinium hac in parte hallucinari manifestum est, cum Macem radicis cuiusdam corticem esse dicat, libro duodecimo, Cap. octauo, sub his verbis. Et Macer ex India aduehitur, cortex rubens, radicis magnę, nomine arboris suę, qualis sit ea, incompertum habeo, quibus verbis manifeste Plinij error deprehenditur, quare, dictis adhęrendo & nucem Muscatam antiquis notā esse arbitramur, quanquam apud Dioscoridem, Galenum, Oribasium, Aeginetam, Aecium, reliquosq; huius doctrinę homines nomen hoc nusquam (quod equidem obseruarim legi) Scimus tamen Barbarum Mainardumq; Epistolarum libro sexto Muscatam nucem, Miristicam Gręcorum appellare, quam inter Gręcorum caria Romanorum scilicet nuces debere reponi credo, nam Balanon Mirepsicon, id est glans vnguentaria, quam Mirabolanum dicunt, longe alia res est, vt Barbarus non oscitanter eo in loco scribit. Sed hæc sapientioribus discutienda committimus.

Quæ antea Inota.

Error Plinij.

Nux Miristica.

E PHI-

PHILOLOGIA XCIX.

Vlmus. ΠΤελέα, Vlmus, hæc illa arbor est, quæ viridis facile ceditur, sicca vero valde difficiliter, cuius Plinius quatuor connumerat genera. xvi. libro, Cap. xvij. Columella vero duo tantum, Nos vero tum quia vulgo arbor nota, tum quia medico vsui parum competes, de ea nil amplius loqui proposuimus, hoc magis cum de ea Mainardus, Fulcius, cæteriq; recentiores sua verba commiserunt, Serapionem, Pandectarium redarguēdo, Qui quę huic debebantur, non sine ingenti errore Fraxino tribuere, Memoriæ tamen id quod iam diximus reuocabimus, Vlmi huius bestiolas Cenipes appellari.

PHILOLOGIA C.

ΣΑπρότης ξύλων, Saproteta Caries lignorum est, qua Cirurgici ad vlcerum mūdificationem vtuntur.

PHILOLOGIA CI.

ΚΑλάμος, Calamus arundo est, cuius innumera apud Plinium varijs in locis, Barbarumq; legenda sunt genera, non prætermittenda tamen verborum Plinij repugnantia, Error nō paruus à doctis iudicandus, libro decimo sexto, Capite trigesimo sexto, Nam inter arundinis species, verba committens, eius Adarcham siue Adarchim nomine appellat dicens, Est & in italia nascens Adarcha, nomine Palustris ex cortice tantum sub ipsa Coma vtilissima dentibus, cui vis eadem est quę Sinapi. Plinium autem in his verbis cecutire, non multis opus est monstrare, cum eiusdemmet verba libro trigesimo tertio Capite vndecimo dictis oppugnent, cum non arundinis speciem Adarcham esse dicat, sed rem potius arundinibus adherentem, verba autem ita habent, inter aquatilia dici debet. Et Calamochn⁹ licet melius Calamachnus, Latine Adarcha appellata, Nascitur circa tenues harundines, spuma aquę dulcis ac marinę vbi se miscent, his iam verbis quisq; Plinium hac in re sibi ipsi oppugnare comprehendit, atq; vllam rei certitudinem nō habere, cum vno in loco Adarcham. Calami speciem collocat, alibi vero eandem salsuginem arundinibus ex aqua congestam facit, Nec eiusdem vigesimi libri verba Capite vigesimo secundo de hac re recitare volumus, cum hæc dicta sufficiant, Nobis tandem (vt rei veritatem candidati lectores habeant) intentio est. Dioscoridis in præsenti subscribere verba libro sexto, Capite nonagesimoprimo, quo loco de Adarche legma præfigitur Adarcem inquit, Romani pariter Græcis Adarcem dicunt. Nascitur in Capadocia, qui Adarces appellatur. Est is veluti gelata salsugo in humidis palustribusq; locis prouenients, fit secatis paludibus, concrescitq; in harundinibus & cremijs

Adarcha

Plinij error.

Asÿ lapidis, his Dioscoridis verbis Plinÿ error detegitur cum altera rei ignorãtia simul & loci quo Adarces gignitur comprehenditur, quum Adarcham in Italia gigni asserat, Dioscorides vero non Italia sed in Capadocia Galatia dicta nasci fatetur, quæ si in Italia nasceretur, Dioscorides non præterisset, immo memoriæ commendaret, vt eius mos est, dictis verò Galeni sententia astipulatur libro vndecimo de facultatibus simplicium medicamentorum dicens. Adarcion quoddam vero masculine efferunt Adarcon, aliÿ fœminine Adarcen appellitant, essentia quidem sua, velut spuma est aquæ salsæ concreta, circum harundines & farragines concrescens, acerrimum hoc est simulq; calidissimum. Aegineta ab his haud desidet, libro suo, vnde manifeste errasse Pliniũ vel pueris perspicuum est, quocirca consultius mea sententia Colonutius fecisset, si hunc Plinÿ errorem admitteret, q̃ dum illum defendere cupit in tam fœdum errorem incideret, vt belle in illum, vulgatum illud carmen possit quadrare. Incidit in Sillam, Nam & duas esse Adarchas nugatur, quarum ab Dioscoride aut Galeno diligentissimis alioqui harum rerum scrutatoribus mentionẽ factam nunquam legimus, sed nos Colinutium hunc nescio quem, qui fortassis maiore cum honore in sua arena, hoc est in iure Ciuili versaretur omitamus, atque ad ea quę magis instituto nostro quadrant stilum accommodemus. Pliniÿ error.

PHILOLOGIA CII.

Πάπυρος, Papirus, Alexandri magni victoria, vt Plinius refert Naturæ lib. decimo tertio, Capite vndecimo ex Varronis mente ad Cartharum vsum inuenta fuit, cum antea Palmarum folijs atq; arborum libris vtebantur, cui studia bonarum artium multum debent, atq; magis cum charte vsu maxime humanitas vitæ constet & memoria. Præsens tamen Papirus, iuncorum species quædam est, quæ ex India hodie ad nos aduehitur, senium substentandi gratia, ex qua quondam pro scribendis literis chartæ pręparabantur. Reliqua vero huius species vt Strabonis fert sententia, Biblos est in India simul crescens & Bele. Iuncorũ genus.

PHILOLOGIA CIII.

GRæce μυρίκη, Latine Myrices Thamarix, Thamariscus, Lusitanice Tamargueira, Hispanice Eltarai Tamariz, Germanice Tamariscen.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

MYrice Tamarix omnibus nota arbor est, nascitur prope paludes, & in stagnantibus aquis, fructum fert quemadmodum & florem concretione sua muscosum, nascitur satiua quædam Tamarix in Aegypto & Syria, in cæteris agresti similis, sed semine Gallæ simili.

IVDITIVM NOSTRVM.

MIrica a Græcis quondã in maximo habita honore, arbor a nobis Thamariscus dicta est, vt præter reliquos Plinius Naturæ lib. xij. Cap. xxi. Sub his verbis exponit Miricem. Et Italia quam alij Thamaricẽ vocant, hæc vero rei rusticæ vulgo nota arbor est, folio Cupresso simili, fructũ Gallæ similẽ fert, quæ præcipue apud auri fluuiũ quẽ nos Tagũ appellamus nascitur, licet multis alijs in locis humectis. Ex huius ligno Lienosis calices fiunt, quos vniuersa medicorum schola maxime laudat, tum Dioscorides, Plinius, Columellaq;, lib. rei rusticæ. viij. Auicenna multis in locis cæteriq; Arabes, Plinius tñ vt dubiũ legentibuss diluamus, Natur. Hist. lib. xvi. Cap. xxvi. Thamaricem, nec semen autfructũ mittere dicit, quod non de dicto sed alio scopis tantum nascente intelligere est, vt ex eiusdem lib. xxiiij. comprehendi potest.

PHILOLOGIA CIIII.

GRæce ἐρείκη, Latine Erica, Hispanice Vrguera, Germanice Heyde, Lusitanice Vrzes vrgueira, Theuthonice Heye.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ERice fructicosa arbor est, Tamarici similis, multo tamen breuior, eius flore vtentes apes, mel nequaquam geuerosum conficiunt.

IVDITIVM NOSTRVM,

NIhil Erica tractabilius aut vulgarius, cum ex ea scope hodiernis temporibus prępa rantur, scilicet non longe a Mirica differens, licet multo breuior flore, paruo albo, rufedine quadam parua, permixto, quo apes q̃ maxime delectantur, atque eis peculiare est oblectamentum, vt ex eo non paruam mellis quantitatem non adeo tamen boni conficiunt, quod Ericeũ mel apud Plinium nominatũ cõperio lib. xi. Cap. vi. Cæterũ meminí autẽ Dioscoridem quandoq; lib. iij. Cap. decori Hipericonis genere dicentẽ Corim Ericæ folia similia habere licet minora pinguioraq;. At Coris folia ex Plinio quæ sint inuestigemus, vt inde errorem quendã oĩno conuincamus. Plinij autem hæc sunt verba lib. xxvi. Cap. viij. Est & aliud Hipericon, quod alij Corim appellãt, folio Thamarisci, & sub ea nascitur, sed pinguioribus folijs & minoribus. Plinij autem hæc verba omnino eadẽ Dioscoridis sunt, quare quendã Nicandri scolasten in hac parte hallucinari nullus non scit, qui Ericem herbã Hederæ folijs constituit, vt legenti manifestum erit, At cum hæc dictis veritatiq; repugnent, vt ibidẽ reliqua plura, paruam illi tribuimus fidem. Nec hæc longinquioribus verbis exponere intendimus.

PHILOLOGIA CV.

GRæce ἀκακαλὶς, Latine Acacalis, Lusitanice Tamargueirinhas, fructus Camarinhas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ACacalis fruticis in ægypto nascentis semen est, Tamaricis semini quadantenus simile.

IVDITIVM NOSTRVM.

ACacalis ab Acacali Minois regis filia, ab Apolline viciata, de qua Apollonius poeta in argonautico cecinit, dicta est, frutex haud etiam Miricæ dissimilis, qui & si prospere in Aegypto veniat, nostris simul in regionibus q̃ belle crescit, apud Lusitaniã saltem fructum fert album, rotundum, paruum, margaritis simillimum, quem audidissime pueri mulieresq; comedunt, atq; idiomate suo ob magnam similitudinem eiusdem cum Tamarisco diminutiuo nomine Thamargerinhas appellitant, vbi vero Galenus de Acacali loquutus sit, aut sub quo nomine ignoramus. Aegineta tamen sub propria dictione de Acacali sua verba commisit. Acacalis

PHILOLOGIA CVI.

GRæce ῥάμνος περσεφόνιον λευκάκανθα, Latine Rhamnus, Grossularium, Gallice vng Grosseillier, Teuthonice Stekelbesie.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

RHamnus frutex est, nascitur circa sepes, rectis virgis & acutę spinę modo quam Oxiacantham dicunt aculeatis, folia habet parua, oblonga, mollia, modice pinguia. Est præter hanc & alia Rhamnus candidior, itemq; tertia nigrioribusq; cum rubore aliquo folijs, quæ ramos cubitorum fere quinq; longitudine profert, spinosiores quidem, verum in firmioribus nec penitus integris spinis, fructu lato, candido, tenui foliculi figura, Verticillo simili.

IVDITIVM NOSTRVM.

RHamni Dioscorides tria annumerat genera, Plinius vero duo tantum, atq; ea inter rubri genera libro. xxiiij. Cap. xiij. collocauit. Ex quorum altera radice Liciũ fieri in aqua decocta asserit. Prima tamen Rhamni Dioscoridis verba, huic cõueniunt frutici, quem Grossularium vocant quidam, qui nõ aliunde præcipue q̃ inter vepres sepesq; nascitur, topiario operi continue eueniens, cui folia Apio similia sunt, pinguiora tamen atq; molliora, nec aculei illi ad eius ornamẽtum necessarij desunt, fructũ fert Ophancijs vuis non absimilem, acinos ficuũ intus similes habentem, quo agrestę loco in cibarijs & edulijs hac præcipue Australi in regione vtuntur. Apud Lusitaniã iuxta Hispaniam, nunquam me illum vidisse fateor, Nec reliqui quicquã a nobis dissident illi præcipue quos in hac re percunctati sumus, Cæterũ huic dicto reliquum genus Rhãni omnino simile reperitur, fructu tamen differunt, cum rubrum intus nucleum habẽtẽ fructum mittat, omnibus arbor nota, Pergulis satis idonea. Nam de his reliqua apud Marcellum Vergilium legito. Rhamni tria genera. Grossularium.

PHILOLOGIA CVII.

GRæce ἅλιμος δαμασώνιον ὀσίριδος διάδημα, Latine Halimus, regia herba, Solis corona, Osiridis diadema, Damasonium.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

HAlimos frutex sepiendo aptus, Rhamno similis est, sine spinis, folijs oleæ sed latioribus, nascitur maritimis sepibus, coquuntur folia eius olerũ modo in cibos.

IVDITIVM NOSTRVM.

λιμ@ Halimus est, qui quisq; ille sit ingenue fatemur ignorare, quoniam Dioscorides eum similem dicit Rhamno, atq; olus esse, id quod Aegineta lib. suę medicinę primo Capite de oleribus subscribit, Nam prosequens ibidem olera quæ ob salsilaginem & amaritudinem aluum subducunt, inquit, idem præstat Halimon, vt quod acriorem qualitatem repræsentet. Nos vero scimus hodie arborem Populi genus Halimū dici, quæ egregie præ cæteris arboribus in altitudinem crescit, ob idq; lanceæ ex ea præparantur, quam Dioscoridis Halimum crediderim, quanquam inter olera eam collocassent. Quum & Vlmi folia noua pro oleribus obsonijs decoquenda antiquitas adijciebat, nisi Rhamno similem Halimum fecisset, quare in hac re nihil temere affirmare volo, vos per ocium diligentius inquirite.

PHILOLOGIA CVIII.

GRæce παλίουρ@, Latine Paliurus, Germanice Holsam, Hispanice Azebo, Lusitanice Carrasco.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PAliurus notissimus frutex est, spinosus durusq;, semen eius pingue fuliginosumq; est.

IVDITIVM NOSTRVM.

NVllum in medicina est periculum maius q̄ grauissimorum authorum dissensiones quibus præsertim fidem debemus, Quum ex eis quęstiones, altercationes oriuntur, atq; inde errores, quo malo nullum maius dicente Plinio; Nullum est in medicina mendacio periculū maius, qñ in ea vel minimum erratum citra vitæ humanę detrimentum esse nequit, lib. xix. exordio primo. Nec hæc citra rationem in præsenti prælibata sunt. Cum Theophrastus vir cui multum deferunt bonarum artiū studiosi, longe a Dioscoride Plinioq;, Paliuro suam tribuit descriptionē. Eius enim hæc sunt verba: Et Paliurus in siliquis quibusdā semen habet, in quibus tria quatuorve semina sunt, quę verba, vt Dioscoridem taceam, quantū a Plinij sententia differunt, sequentia monstrant e libro. xiij. Cap. xix. Cyrenaica regio Loton postponit Paliuro, fructuosior hæc fructuq; magis rubens. Cuius nucleus non simul manditur, iucundus per se atq; suauior e vino, quin & vina succo suo commendans, iam hæc atq; Dioscoridis, legenti manifestum est Theophrastū ab eisq; maxime differre, cum non in siliquis Plinius Dioscoridesq; Paliurū fructū aut semen habere dicant, sed nudū potius, id quod & frutex ipse ita esse mō strat, Cū Paliurus frutex licet multis in locis arborescens est, latis aculeatisq; folijs omnino similibus Cocci. i. fruticis illius, grana Lenticulis simillima ferentis, quibus infectores vtuntur, atq; ex eo Scarlatum tingitur, fructum vltra rubrum fert, Baccas scilicet paruas, nudas atq; inter ramos, non vero trinas, quadrinas in siliquis proferēs, is vero quia spinis horridus in sepibus & topiarijs maxime cōperitur, nec hunc Paliurum esse Plinius haud negabit, quum vltra reliqua ei conuenientia Paliurum spinæ genus esse, cuius semen Afri zuram vocant, libro. xxiiij. Capite, xiij. fatetur. Cæterum non prçteribimus id quod aliqui nō sine errore fatētur, fruticem seu arborem istam taxum Smilacem antiquorum esse, quum Nicandro Dioscorideq; præsentibus magnitudine folijsq; Abieti similis & æqualis arbor est, quæ minime huic eueniunt, his adde Smilacem perq̄ venenficā esse, vt Dioscorides libro quarto, Cap. lxxviij. fatetur se non de ea alicuius gratia q; vt ab ea tanquam ab ingenti peste fugerent homines scripsisse, quod Plinius Naturæ lib. xvi. Capite vndecimo non siluit, multoque minus Maro primus maximusq; Bucolici carminis Latinus author, sic enim fugiendam apibus esse arborem hanc hoc

carmine cecinit. Et tua Cirnæas fugiant examina taxos. Quibus iam facile perpenditur eos toto cœlo aberrare, credimus autem nos Theophrastum reliquum a nostro paliuro cognoscere, vt eius insinuant verba, cum hoc tamen peritioribus hæc cognoscenda relinquimus.

PHILOLOGIA CVIII.

GRæce ὀξυάκανθα, Latine Oxyacantha, Acida Spina, fructus Berberus, Gallice Espine Vinete, Germanice Versich.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

OXyacantha, agresti Piro similis arbor est, minor tantum magisq; spinosa fructum fert Myrti baccis æqualem, confertum, rubentem, fragilem, nucleos intus habentem multifidam radicem & altius descendentem.

IVDITIVM NOSTRVM

OXyacantha acida spina, absurdum enim esset ab acuto aculeo qui omnibus spinis est, hanc proprie dici acutam, quare ab eius foliorum fructusq; acido sapore nomē sibi vendicasse crediderim. Spinosus hic frutex est, fructum officinis Berberos dictum ferens, nec locus quisquam in quo eius mentio apud Plinium fit nunc mihi succurrit, scio tamen quas Dioscorides Oxyacātho possessiones tribuit, Plinium paliuro referre, si qs vero aliqua in parte de eo apud Plinium scriptum inuenerit, dicat & minime grauiter feram rem in errorem vocari.

PHILOLOGIA CX.

GRæce κυνόσβατος, Romane Cinosbatus, Sentis Canis, Rubus Canis, Cani rubus. Hispanice rosal montesino. Lusitanice Roseira braua.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

CYnosbatus, frutex est rubo longe maior, arborescit enim foliaq; habet longe quam Myrtus latiora, spinas in virgas durissimas, florem candidū, fructum oblongum Oliuæ nucleo similem, quum maturescit rubentem intra quē lanis similia sunt.

IVDITIVM NOSTRVM.

CYnosbatos Græcis, Sentis Canis Columellæ est, alijs vero Rubus Canis Theodoro vero Gazæ Canirubus ob id quod eius flores Canum rabidorū morsibus medeantur, hæc vastissima spina atq; communis maximos ferens ramos est, cui folia rosæ similia sunt, atq; flos licet minor absq; odore tamen, quæ nonnunq; attollitur, & arborescit, fructum q; fert rubrum, oblongum, similem Oliuæ, intus vero lanuginosa semina habentem, qualia in fructibus rosarum comperiuntur, ex quibus confectio præparatur quædam ab Hispaniæ Seplasiarijs fluxui mariscarum conueniens, hunc vero fructū mulieres puerīq; effrenati comedunt, eiusq; lanuginosa abijciunt semina, Cynos Rodos

Bedegar vero Rosa Canina Bedegar Myropolarum est, Chamebatos vero longe aliud, de quibus. iiij. Lib. Cap. xxxv. xxxvi. domino benefortunante loquemur non transilire tamen est id quod apud Plinium legitur Cynosbatum pro Cappari nonnunquam sumi, vt Lib. xiij. Cap. xxiij. quanquam alibi Libro. xxiiij. Cap. xiiij. de Cynobasto de quo nunc, lectionem agat.

PHILOLOGIA CXI.

GRæce κύπρος, Romane Ligustrum officinarum Alkana. Gallice du troesne. Germanice Beinheltzlin Hartinglin. Italice la Oliuella.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

CIprus Oleæ similia folia per virgas profert, latiora tantum, mollioraque & magis Herbaceo colore, flores habet candidos, muscosos & odoratos, fructum fert nigrum sambuco similem.

IVDITIVM NOSTRVM.

CIpros, Ligustrum etiam num in sentibus crescit, folijs Mirti vel Oliue, qua ratione Itali Oliuellam eum appellant, frutex florem gerens Maij tempore album, odoratumque, quo deciso baccæ eueniunt, autumni tempore cum reliquis nigrescentes, omnino sambuco persimiles, ex quibus optimum fit atramentum, vnde eũ describens Vergilius bucolicorum Libro inquit, alba Ligustra cadunt, vaccinia nigra legũtur, nec Columellæ verba lib. x. Vergilio oppugnant nigrum esse Ligustrum affirmantia sic. Et nigro permixta Ligustro Balsama, Cum Vergilius ad flores, Columella vero ad maturas eius baccas respexit, hic autem frutex raro apud Hispanos comperitur, quum hoc tamen officinis familiaris est, sub nomine tamen Arabico Alkana siue Henne, atque ex floribus non iniucundum præparant oleum e Alchana dictum simulque aquam per elambicationem Cancro, vlceribusque gutturis maxime conuenientem, vt Plinium tamen cæterosque sileam, hac in parte hæc de Ligustro sufficiant, multi tamen Vergilij verba aliter a nobis exponunt, dicentes vaccinum hyacinthum græcorum esse, nostræ tamen sententiæ isto modo adhereo vt si quis claris & euidentibus argumentis aliter se rem habere probauerit, non inuitus me ab ea auelli sinam. Alkana.

PHILOLOGIA CXII.

GRæcanice φιλλύρεα, Latine Phillyrea tilia arbor. Teuthonice Lindenboõ Germanice telia. Lusitanice Amieiro.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PHillyrea tilia arbor Ligustro magnitudine equalis est, folia & hæc oleæ habet, latiora tantum nigrioraque, fructum fert lentisco similem, nigrum, subdulcem, & ceu racemosum, nascitur asperis locis.

IVDITIVM NOSTRVM.

Tilia aliquibus locis arborescit, in aliquibus vero fruticis naturam nō excedit, quare inter Dioscoridem & Theophrastum controuersia diluitur, Dioscorides vero arborem Ligustro similem esse dicit, Theophrastus vero arborem, cuius materia fabrica expetitur, Tiliam describit, hic vero arborescens Tilia est, ex qua lucorum ornamentum præpa ratur medico vsui raro eueniens.

PHILOLOGIA. CXIII.

GRæce κίσου, Latine Cisthos Cistus frutex Ladaniferus, Lusitanice stebam.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

CIstos frutex ramosus & foliosus, nec adeo grandis, folia habet in orbem circinata nigra, & hirsuta flores punice figure sed in femina colore candido.

IVDITIVM NOSTRVM.

CIstus non vero Cissos, cum hedera sit, cuius non aduertentia Plinius hac in re misero modo cecutiuit vt Leonicenum a frontispicio vsq; ad Calcaneum libri videre est, atq; Colinucium Plinij patronum in eiusdem defensione, qui vtinam Plinium eo in loco hallucinatum fateretur, quum vt ibidem inquit ex Ciceronis dogmatibus, cuiusuis hominis est aberrare atq; non potius tam fede cecutiret. At Cistusq; illa sit nostrum de Ladano iudicium legito, cum de eo non nihil attingimus.

PHILOLOGIA. CXIIII.

GRæcanice ὑποκισὶς κύτινος, Romane Hypocistis Hypoquistidos Barba Hircina. Hispanice pultegras. Germanice Bocsbart.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

HYpocistidis tria genera sunt coloribus distincta, Ruffo, viridi, & cādido, Acacie modo succus ex ea colligitur.

IVDITIVM NOSTRVM.

HYpocistis Barbarorum Hypoquistidos est, succus scilicet officinis familiaris herbæ, videlicet apud eos Barbe Hircine dicte, quæ apud Hispanias passim crescit. Non vero succus rosæ siluaticæ. Vt olim Scribonius largus affirmabat est, cum siluatica illa rosa, quam caninam dicunt Cinorodos atq; officinarum bedegar est, cæterum non longe ab hinc meminit Dioscorides quum de malo granato lectionē agit exprimitur Hypocistidis succus modo ex floribus punicorum succus, nec enim in præsenti aliquid refert herbam ipsam Hypocistidem siue Citinum aut succum ipsum eo modo appelles vt Dioscorides & Aegineta simul faciunt.

PHILOLOGIA. CXV.

GRæce λάδανος, Latine frutex Ladaniferus. Lusitanice Esteban, Hispanice Xara, pinguitudo ladanum laudanum vulgo laudano.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

EST & alterum cisti genus, quod ladon a quibusdam dicitur frutex, cisto similiter nascens, longioribus tantum nigrioribusq; folijs, quibus per ver pinguitudo quædam, quæ adstringendo sit inhæret, omnibus quibus, & Cistus accommodata fit ex eo Ladanum, folia eius pascentes hirci capreq; pinguitudinē, Barbis & fœmoribus quoniam viscosa sit inhærentem reportant, quam de pectentes, melis modo, per colum liquant, seruantq;, in offas conformatam.

IVDITIVM NOSTRVM.

LAdanum officinarum Lapdanum siue vt pronunciant Laudanum succus Barbis hircorum adherens ex quodam Cisti genere est. Non vero Cissi id est hedere vnde quantum Auicena Plinius Serapio atq; ipse pandectarius cecutiuerint manifestum est, illis præcipue apud Mainardum Leonicenum atq; fulcium versatis, quis autē Ladaniferus frutex hic sit medicorum bonam partem Hispaniæ saltim qui hæc legerint sciant, opinari illum quem nos Lusitani nostro idiomate fructicem steba dicimus esse, illi vero Xara nominant, folio oblongo oliue persimile maiore tamē & latiore flore roseo candido, totus ipse viscosus frutex est, atq; capre libentissime eo vescuntur, sic enim huic frutici omnia nota eueniunt, vt hunc ipsum vere esse credam, merito igitur laudandi illi Seplasiarij sunt, qui apud eos Ladanum e pinguedine viscositateque, fruticis illius caprarum barbis adherente, construunt, hic autem frutex fœmina est, alter vero Masculus folio in orbem circinato subnigro hirsuto quæ est, Lusitani vero hodie alterius differentia fœmine scilicet suo idiomate nomine masculino eum stebam appellant quem Cistū esse opinor, quum vt omnia ei conueniunt, sic ad eius Radices Hypocistis maxime nascitur.

Plinij Auicene & Serapionis error

PHILOLOGIA CXVI.

GRæce ἔβενος. Latine Ebenus guaiacum, lignum Indicum: Lignum sanctum: diuinum lignum. Theutonice hout vut Indien. Hispanice el Lenho de las Antilhas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

EBenus probatissima æthiopica est, nigra nullis pectinibus, leuore suo cornu lenigato, similis spississime in frangendo soliditatis, quæ gustum, mordaci erosione, tentat, & leniter adstringit, prunis imposita iucundo odore, & sine fumo vaporatur, recens pinguitudine, quam habet accenditur & flammas, igni admota agit, eadem in cote attrita ruffescit, est & alia Ebenus Indica candidis,

& ruti

& rutilis inter curretibus, lineis similibusq; crebris maculis, probatissima tamē prior illa.

IVDITIVM NOSTRVM.

MVltis olim quæ vel natura edidit, vel ars inuenit, indicta sunt nomina tū Græca tum Latina, quæ si nobis non omnino sint incognita, cum præsertim illa quotidie præ manibus habeamus. Quibus tamen nominibus apud antiquos fuerint appellata, non omnino discernere valemus. Quot vel hominum negligentiæ, vel temporis edacitati potius sit imputandum, adhuc non satis constat, tum quia potius ita sunt peruerse immutata, vt in eorum loco, varia quædam sint instituta. Quo factū est vt bonis disciplinis & præclaris artibus, pene caligo sit obducta, atq; tanta earum irrepserit obliuio vt omnes fere ad interitum quendam vergere visæ sunt olim apud priscos illos heroas: quos nunc facilius sit admirari q̄ imitari, artes quæ mentis inquisitione constāt, vt adulte viguere, sic postea ad nostrorum hominū manus delate, ita emarcuere, vt nōnullis timor incesserit vt plane de illis esset actum, omnipotentis tamen dei opera (vt omnibus) sic huic arti in tempore subuenit, optime vniuscuiusq; industriam excitās vt eas ab tenebrarum inscitijs reuocatas in lucem præferrent. Quod vt ab omnibus non infeliciter est inceptum. Ita bene & prospere processit, cum libros non inutiles ediderint. Quibus artium corruptele, quæ antea nescio quoniam nostro a lastore vigebant, num pessum eunt, inter quos non postremas, Ludouico Viueto adscripserim viro vt in summa dicam inter græcos latinissimo, inter Latinos Græcissimo, inter vtrosq; optimō. Quem tanti nec sane immerito nostra secula faciunt, vt nullus eui tractus huius viri memoriā delere possit, ita enim omnia luculenter scribit, vt in eloquentia ętatem triuisse videatur rursus ita rerum vim a parte ostēdit, atq; ob oculos ponit, vt in ea totus plerisq; appareat, nec Leonicenum Mainardum vtrunq; Ferrarienſem, vtrumq; doctissimum, vtrumque rei medice experientissimum, sua laude defraudauerim. Qui præclaris æditis voluminibus, de nostris hominibus optime sunt meriti, quibus heroibus. Quicquid scimus si modo quid scimus, acceptum referentes atq; ab ipsorum perēnibus fontibus, paruos nostros cantharos adimplentes, hoc opus componere sumus aggressi, sed quum ipsi non sine ingenti laude (quid de vnaquaq; re sentirent) audacter nec minus erudite preferrent, Non video quur mihi vitio sit vertendum, si quid de Hebeno nostrum Iuditium aperiamus, cum ille ab omnibus ferme præ manibus habeatur, nec tamen quid apud antiquos fuerit sciatur, quantum ergo superis de Gaiaci beneficio nos debemus, simul & de Gaiacū Hebeni nos debere omnes sciant, cum Gaiacum lignum vulgō notum antiquorum ebenus est, cū omnia ac si acu pingerentur, Ebeno, quæ Gaiaco insunt respondent, nec enī nō est curabimus in præsenti atq; in medium afferre, rationes ad hanc nos trahentes opinionem vt deinceps quilibet non inuitis pedibus nobiscum vadat, audiant ergo Gaiacum vltra priscis cognitum esse, atq; oculorum fluxionibus præcipue euenire, contingit quum superioribus annis noue terre quædam antiquis incognitæ, reperte essent, in quandam incidissent insulam Hispani, cuius omnes accole, morbo Gallico quandoq; laborāt, ac si nos variolis, nobiles vero Hispani, quum quæstores in prouincia essent, ac grauiter morbo illo affligerentur, ab indigenis medicamentum quo curarentur quærunt, illico lignum Huiacum (sic enim insulares pronunciant) mōstrant, non lōge abinde vt reliqui a morbo liberati, vt summum bonum, vsum eius in Hispanias attulere, Guaiacumq; ipsum appellant, insularum vocem sequentes Huiacum lignum appellantium. Ex arbore apud eos crescente, proceritate qua apud nos fraximus, quæ folijs vestitur plantaginis similibus solidioribus tamen, ac rotundioribus, fert fructum castaneis similem, atq; vt tradunt solutiuum, huius arboris color Cineritij existit coloris ad nigredinem tendentis, atq; id optimum nonnulli putant lignum, decorticato vero Citrini cuiusdam particeps est coloris ad albedinem tendentis, in medio vero omnino nigrum est, atq; illud melius in quo quamplurimum nigri est, quia oleaginosum magis, ac pinguedinis maioris est par

Lodouici viues laus

Ebenus

ticeps

ticeps, quare absq; ratione agunt, qui lignum illud, minus de nigro habens, reliquo magis laudant, cum duobus sumptis ligni frustis, altero nigredinem habente: reliquo vero non habente, habenti maior inest vnguuositas, atq; inde melius, Sed multo melius hæc possent probari, quæ nota omnibus fore credo, quum ipsum Ebenũ esse probauerimus. Est vero lignum illud durissimum, vt vix secabilis, eius duricies sit, atq; ponderosissimum, vt nulla eius quanquam minutissima pars, in aqua fluitat, aut supernatat, sed omnino mergitur, & subcidit, boni (si prunis incendatur, est odoris, a quo Gummi subnigrum prouenit, nec a se minorem in ebullitione: mittit odorem, boni saporis est, atq; iucundi, vt tradunt assuetis, his iam verbis manifeste deprehenditur, Gaiacum lignum antiquorum Ebenum esse, cum in omni Dioscoridis descriptioni in præsenti respondet, tam in eius colore, quam in reliquis omnibus Guaiaco tributis, vt legenti manifestum est, nec Plinius his non suffragatur, lib. xvi. Cap. iiij. dicens Spississima ex omni materiæ, ideo & grauissima, Iudicatur Ebenus, vt Buxus, graciles natura, neutra in aquis fluitat. Nec suber (si dematur Cortex) nec Larix, ex reliquis siccissima, lotosq; Romę ita appellatur deinde robur exalburnatum. Et huic nigricans color, magisq; etiam citiso quæ proxime accedere ebenum videtur, hęc autem Plinij Ebenum Gaiacum esse omnino conuincũt, cum Gaiacum spississime materie est, vt nonnunquam lapis esse videatur, coloris nigri quoad intrinsecam eius præcipue partem, grauissimumq;, vt ipsum minutissimum etiã incisum non supernatat, quibus de causis cariem aut vetustatem nunquã sentit, vt ex Diane templo, ibidem Plinius approbat, nobis hac in re Hermolaus barbarus astipulatur, si quis nucleum non tantum verborum corticem spectet, a quo Marcellus Vergilius nihil quicquam desidet, nec Pausanias in Atticis ille audiendus est, qui Ebenum nec folia nec fructus ferre prodidit, nec a sole conspici, sed sub terra tantum radices esse quas fodiunt Aethiopes inquit, vt in exactam tamen huius ligni cognitionem deueniamus, atq; ipsum Ebenum esse conuincamus, quanquam ex dictis notius fere sit, quam vt demonstratione alia egeat, eius tamen possessiones ipsum esse Ebenum affirmant, cum vis ei inest, excalfaciẽdi extergendi & tenuium partium, id quod eius sapor, qui semel cognitus nunquam errare sinit, monstrat indicatq;, quum ipse amarus sit, omnino calidum lignũ esse, nam Galeno teste de facultatibus simplicium medicamẽtorum lib. iiij, eiusdem numeri Capite, Et. xviij. xix. atq; Aristotele, de anima lib. ij. Theophrasto cæterisq; Philosophantibus quæ amara ea & calida dicuntur, quanquã non desit quidam medicorũ Emulus, Nomine Arabs Cordubensis auerois, oppositum asserere, atq; impudenter patribus contradicere, non solum amarum caliditatem arguere, sed eciam frigiditatem affirmando, vt ipsum videre est commento. ij. de anima atq; de sensu & sensatu, multoque clarius quinto sui colliget Cap. xxvij. qui, vt ibidem rem nouam aristoteli aut Galeno occultam monstrat de Opio argumentum finxit, cum summe amarum atq; frigidissimũ sit, sed quam hæc Lutheriana in Philosophia opinio sit, non multis opus est comprobare, cum non hæc prima aut vna tantum in Philosophia aut Medicina apud auerroim sit, immo eius omnia opera passim scatere erroribus, atq; contradictionibus vulgo iam notum est, quanto magis apud Zimaram in eiusdem contradictionibus versantibus, si eas forsan non affectione detenti legerint, nec minores suo in colliget contradictiones reperiuntur quas ad præsens Cithare tediosum periergon quæ esset, memorie tamen nonnulle ex multis succurrunt, complexionem simplicem, negat, Galenũq; vt solet reprehendit postea vero milies eam præscribit, hominibus sanis morbos publice vagantes timentibus, Theriacam non cõuenire affirmat, bilem naturalem posse putredine infici, & febrẽ causare omnino negat, postea vero eam assignat, Zinariam & prasinã bilem putrifieri posse & febrem causare non minus negat, earum tamen alibi curas conscripsit, hęc tamẽ memorie occurrerunt, multa huiusmodi dicenda erant, quæ tamen prætereo cum non instituti istius sint, ne tamen si Auerroici quidam sint, asserant, quæ bucce occurrũt, nos tantum deblaterare, eiusdem Auerrois argumentum diluamus, nam si fulginatis gualterijq; burlei mentes amplectimur, amaritudinem illam opij a partibus circumstantibus calidis euenire non oscitanter fatemur, cum nullum apud eos quantũcunq; frigidissimũ mixtum quin in eo partes comperiantur calide, est inuenire. At licet hæc veritatem contineant

Auerois contradictiones

tineant

tineant. Credimus tamen amaritudinem illam opio ex artificio euenire, non vero e natura sua, quod sane credendum est, cum Aristoteles Theophrastusq; in præscribendis naturæ rationibus exercitatiores, nusquam hoc aut simile prodiderint. Est igitur lignum hoc quantum ab amaritudine Calidum, haud hanc caliditatem eius non firmat odor iucundus, cum Galeni sententia præsente, omnia odorata sunt calida, odores autem a fumali euaporatione seu exalatione fiunt quæ caliditatem arguunt, vt Aristoteles secundo libro de anima, ac lib. de pomo, quod Galenus libro quarto simpliciũ ca, secũdo docens inquit, Sed & odoris sensus in ipsis cerebri est ventriculis, velut & id quoq; alibi a nobis est demonstratum. Et odorabilium vaporosa est substãtia. Ea enim quæ a corporibus defluunt ambienti permixta, ac deinde per narium inspirationem in cerebrum delata sensum mouent. Recta ergo ratione quæcunq; odorata eadẽ & calida sunt, quippe cum vaporum copia a calore proueniãt hęc Galenus. At si Galenus ex his accidẽtalibus qualitatibus doceat non iudicandum de facultatibus medicamentorum, vt libro citato secundo ca. tertio Nam ibidem monens quod nec a colore, nec ab odore, nec a consistẽtia, aut congelatione, nec a duritie, nec a leuitate ratiocinari de medicinarum facultate, oportet hęc sequentia verba scribit. Per quę de Canphora argumentũ diluitur scilicet frigidam & odoram, deinde inquit. Tam fœde in rationibus hallucinantur ac pueri modo speculationem logicam ingressi, eisdem erroribus tenentur, qui ex odoribus medicaminum facultates coniiciunt. Nec enim quicquid bene redolet calidum est, quod quidam dictitant, haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat, quæ ab Aristotele & Theophrasto super hac re sunt prodita. Licet Galeni hæc vera sint, experientia docet discreta, ipsum lignum calidum esse, quæ abunde sufficit pro iudicandis medicamentorum facultatibus, iunctis duntaxat paucis epilogismis siue rationibus communibus quarum nonnullæ habitæ sunt, nam vt enim quotidie percipimus ab his præsertim ligni huius coctionem sumentibus, non solum in ore caliditatem percipiunt, sed quã maximam in ventriculo, vti reliquo in membro quod aqua ipsa attingit, atq; inde ægritudines frigidas sanat, vt omnes iam ad illud tanquam ad salutem spectatissimam confluant, quæ omnia calidum esse monstrant, nam Galeno teste tertio de temperamentis, ac simplicium libris, Illud per se medicamentum calidum dicitur, non vero per accidens si corpori occurrens a principio obcursus vsq; adeo permaneat, calefaciendo procedat, atq; in calefactione augmentando, quod simile de frigido, humido intelligendum est medicamento, illud autem & siccum esse, vltra experientiã, per rationem etiam scrutatur. Cum eius amaritudo maxime monstrat, quum omnia amara, non solum calida, sed & sicca esse Galenus testatur, quarto simplicium libro capite. xviij. atq; de ratione victus in morbis acutis, commentario tertio, libroq; illo de placitis Hypocratis & Platonis, nec vbiq; de melle & musto nimis coctis argumẽtum deficit. Nec hac de causa ab aliis spoliatur qualitatibus lignum hoc, Galenum in præsenti audiamus libro tertio citato cap. xiij. qui nobiscum hoc ordine fatetur. Reliquum autem est id, cuius subinde iam ante necessario mentionem quidem fecimus, verum absolute nondum exposuimus. Est autem istud nempe omnia propemodum medicamenta licet sensu simplicia appareant. Natura tamen esse composita, quin & subinde quoq; diuersissimas continere in sese facultates, nempe excernendi & sistendi, incrassandi, & extenuandi, rarefaciendi, & condensandi, illinendi, atq; abstergendi, tendendi, & laxandi, cæterasq; oppositiones vniuersas, vt in sequenti hoc libro patebit, at mirum minime hoc videri debet in id genus facultatibus, cum vni & eidem medicamento vim calefaciendi & refrigerandi inesse appareat, & exiccandi & humectandi, aut tenuium partium & crassarum. Hęc Galenus. Non ergo est difficile vltra qualitatibus ligno supra tributis hanc vnam tribuere humiditatis scilicet. Cum lignum hoc partes quasdam oleoginosas pingues viscosas secum contineat, quibus forsan ligni decoctionem sumentes aluntur, atq; inde per longũ permanent tempus absq; victu vllo. Cæterum vt tamen omnia ad amussim tractemus & ad ordinem omnia gerantur in quo caliditatis gradu lignum hoc collocari habeat

Opio amaritudo ab artificio prouenit.

Ebenus multis qualitatibus vestitur

aut siccitatis humiditatisque ex Galeni doctrina dicamus. Dum igitur medicamentũ dicimus Calidum, frigidum, siccum, humidum, non alia de causa, nisi quia talẽ valet imprimere qualitatem in corpore humano. At quod excalifacit nec frigefacit nec humectat simetrum, id est temperatum medicamentum appellare necesse est, a vincente ergo seu excedente cognominatur facultate. At Calidum primi nominamus ordinis, quod nos excalefacit, non tamen euidenter, qua de causa ad illud comprobandum opus insuper demonstratione est rationali. Sic de frigido, humido, sicco dicendum est, illud vero quod manifeste aut calefacere aut frigefacere aut humectare aut desiccare potest, eũ secundi esse ordinis dicetur. At quod iam vehementer quidem, non tamen summe, tertij dicitur gradus, quod vero adeo excalefacere potest, vt scaram moliatur & vrat quarti, nec hæc Auicenna secunda fen. primi, non docuit de his tractans quæ proueniunt. Ex his quæ comeduntur & bibuntur dicens præterea dicamus quod medicinarum gradus iam quatuor positi sunt &c. His ergo perpensis atq; examinatis quisquam cui gradui caliditatis, siccitatis, humiditatisq; lignum hoc subijci habeat, facile comprehendet præcipue tamen ligni odorem, saporem atq; ipsius operationes attendendo. Nos tamẽ quãtum ab his venare possumus, eum calidum tertio ordine comperimus, atq; id magis cum eius caliditas vehementer sentitur, non solum in corporibus temperatis, sed ægris simul vt Gale. regiam viam nos incedentes. Experimur simulq; siccum secũdo gradus ordine. Humidum vero primum gradum non excedere ipsa rei experientia, quæ reliquis præstat. Confirmat, nec hac de re ipsum esse hebenum quis dubitabit, imo id ipsum esse affirmabit. Quum antiquorum de Ebeno verba tenuerit, quę omnino dictis respondent. Galenum ergo audiamus de facultatibus medicamentorum. Dictione propria Ebenus ex his lignis est quæ trita aqua in succum soluuntur, vis ei inest excalefaciendi, extergendi. Et tenuiũ partium, quamobrem quæ pupillas obfuscant, extergere creditur, miscetur alijs remedijs ocularibus quæ ad vlcera multa, fluxiones & bullas siue pustulas accommoda sunt, Galenus per ea verba, quæ trita aqua in succum soluitur dicunt, Ebenum gaiacum esse insinuat. Nam proprijs videmus oculis, si ligni scobem aut ramentum per noctem in aqua macerant, succum oleosum supernatare, quem e ligno euenire non ambigimus. Cum non ex aqua aut olla vitreata noua diligenter elota sed e ligno ipso Ebeno scilicet quod tritum aqua in succum soluitur facile credendum est. Paulus præterea Aegineta Galeni simia a dictis nihil dissidet, quæ Galeni verba Plinius subscribens volumine xxiiij cap. vndecimo inquit. Nec in Aegipto quidẽ nascitur Ebenus vt docuimus nec tractamus alienos orbes. Non omittetur tamen propter miraculum scobem eius oculis vnice mederi dicunt, lignoq; ad cotem trito cum passo caliginem discutit &c. His iam verbis luce clarius claret, Gaiacum Ebenum antiquorũ esse. Nec enim ab hac nostra opinione te retrahat id quod in omniũ ore est, multa nunc Gaiacum possidere, quæ minime Ebeno prisci tribuerunt. Nã licet notitiã de eo olim habuere, non tamen exactam, vt nos quanquam si Galeni dogmata exacte perpendimus, hic ipsi affectus qui nunc eo medicantur & olim medicari comperiemus. Auicenna præterea secundo sui Canonis libro nostram firmat sententiã dicens, Ebenus quid est, est nota quæ ex ea melior est nigra equalis, in qua non sunt lineæ, & similatur in suo tactu cornu tornatili, & est valde compacta & solida. In cuius sapore est medicatio, & quum ponitur super carbones eleuatur ex eo odor bonus acutus, natura calida est & sicca. In secundo, operationes & proprietates, fricatur in aqua, sic plures lapidum. Et est subtiliatiua abstersiua abstergit pomũ oculi & albuginem, & ex ipsius fricatione fiunt colliria, & fit ex ea alcohol, ad medicinas oculi propter vehementiã conuenientię eius. Et quũ aduritur eius serratura super sartaginem deinde abluitur & confert vlceribus antiquis & Ophtalhmiæ siccæ & scabiei oculi, dixit alcanzi quod ipla frangit lapidem in renibus, et dicitur quod ipsa est resolutio inflationis ventris. Hæc Auicenna quæ minime ab antiquorum placitis differunt, cum licet Ebenum eam secundo ordine calidam collocet nos vero tertio nihil discriminis est, cum Auicenna vltimam secundi gradus metam. Nos vero primam tertij intelligimus. Non me in præsenti prçterijt id quod nõ nulli opinantur Auicennæ carum Gaiacum nostrum esse, quia Iudicum lignum atque

Gradus medicamẽtorũ.

Gaiaci ligni temperatura

Iuncturis conueniens, vt videre est xx Can. ca. ccclxxxvi. Nos vero hanc non omnino aspernantes opinionem. Caron aliquod Ebeni genus esse credimus. Nec te decipiat reliquũ ab Auicenna lignum Indicum dictũ quod Agalugim appellat. Cũ illud lignũ aloes sit Dioscoridis vero agolochon. Hæc ergo de Ebeno siue gaiaco in præsenti sufficiant, cum eis tamen quæ Mainardus atq; Huttenus de illo tradidere, ille in epistola ad Cardinalem Simphorianum hic in eo libro qui de Guaiaco scribitur.

PHILOLOGIA. CXXXI.

ῥόδον Tam florem quam spinosum fruticem comprehendens quo nascitur nomen. Rosa nostra est, cuius variæ sunt species, quas Plinius libro xxi. cap. primo meminit, præter eas quæ rubris ac sentibus crescere solent, quas Caninas græci, Plinius vero græculas appellare consueuit rosas, ad præsens tamen, quædam sunt rosæ purpureæ odoratissimæ, quędã vero minus incarnatę dictę, quędam vero subflauę, quas Damascenas moschatas, quod odore moscum referãt quidam nominant. Ex quibus leneliabim apud Auicennam prima quarti multis in locis citatũ confici, nonnulli affirmant, dictum scilicet de Rosis Persicis quibus tamen non accedimus. Cum licet rosę illæ Damascenę siue Moschate, quæ apud anconam Italiæ vrbem quã optime inueniuntur, & aluũ subducant. Auicenna tamen non de illis, sed ex floribus potius persee arboris illud cõstrui præcipit, qui maxime sunt solitiui. Et pituitam bilemq; per inferius excreant. Cęterũ rosæ sunt & albæ multarum specierum sed omnium frigidissimæ & humidissimæ. Ex quibus aqua præparatur rosacea, atq; oleum, tum absolute, tum cum abiuncto rosaceum dictum, vt tamen exacte rosæ partes cognoscamus Mainardum in præsenti audiamus, cum suum cuiq; tribuere iustũ est qui præ cæteris rem claram epistolarum libro. iiij. epistola quadam cuidam Hipolito missa fecit.

MAINARDI VERBA EPISTOLARVM LIBRO QVARTO EPISTOLA TERTIA.

ANtiqui in Rosa sex partes, non nomine tantum sed viribus quoq; & facultatibus differentes cognouere, quas a recentioribus fere neglectas, non inutile fuerit recensere. Rosam primo diuidunt in folia, flores, & capita. Folia in vngues, & id quod exemptis vnguibus remanet in flore, aliud semen, aliud capillus, in capite aliud cortex, aliud calix (vt Plinij verbis vtar) intelligitur. Vngues pars illa candida vocatur, quæ capiti de proximo herens præcidi a Seplasiarijs consueuit. Rhodomeli, vel Rhodosaccharum reliquo paraturis Florem luteum, illud intelligunt quod folijs circumquaq; ambitur separatũ in In rosa sex partes.

Capillum, id est, in tenuia quędam fila, et in semen quod sub his filis Lanugine quadam opertum cortice continetur, Caput solidum illud intelligunt, quod folijs & floribus ceu basis substernitur. Cuius superior pars, ex qua flos & folia prodeunt, proprie Caput, reliquum Calix nuncupatur. Differre autem hęc non nomine tantum, sed & viribus Dioscoridis primum testimonio probatur, florē in Gingiuarum fluctione inspersum, capita pota in alui profluuijs, & sanguinis excreationibus, folia ad alios ab his vsus commendantis. Sed & Galenus libro septimo de simplicibus medicamentis, florem in adstrictiora vi, ait folijs præstare. Quod etiam confirmauit Auicenna, libro secundo, licet pro flore semen, sicuti alijs in locis scripserit. Septimo quoq; libro, qui de cōpositis medicinis secundum loca patientia inscribitur, Hiram medicum ait idem Galenus in quadā Andromachi compositione, rosarum folia in flores mutasse. Plinius florem scribit somnium facere, semen vrinam ciere, dentium dolori igni sacro & stomacho mederi, & naribus subductum caput purgare vngues Epiphoris salubres. Ex his rosæ partibus re ipsa & vi, ne dum nomine differentibus, flores Antherę nomine recentiores significasse: ex hoc maxime videntur, quod ea in morbis vtuntur, qui astrictoriam vim valde desiderant, qua præcipue flores pollere, Galeni testimonio superius demonstrauimus, Quod & nomen ipsum manifestat, quū ab eo quod est ἄνθος ῥόδου, id est, flos rosæ, deductum videatur voce tamen (vt fieri vulgo solet) paulisper decurtata. Hæc habui de Anthera, quæ scriberē, magis vt tibi morem gererem, q̃ humanæ saluti consulturus. Quando non magni periculi res est, vtrum ex his quæ petieras, pro Antera capiatur.

PHILOLOGIA CXVIII.

ῥοδίδες, Rosei Pastilli, siue Trocisi è rosis, Aegineta libro septimo Diarodon Pastilos nomine eos appellat, atq; ad arcendos tantum humorum fluxus eos ordinat. Recentiores vero Diarodon Pastilos à roseis separant Pastillis, quos in vsu habent officinæ, atque scamonia, nonnunquam ad subducendum aluum acuatos.

Pastili Diarodon.

PHILOLOGIA CXIX.

GRæce λύκιον, Latine Lycium, Buxa spina, officinarum vulgo, Succus Lycium.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

LYcion spinosa arbor est tricubitalibus virgis, & aliquando maioribus, circa quas folia sunt, densa, Buxo similia, fructum fert Piperis figura, colore nigro, amarum, et cum leuore densum, corticem vero pallidum, diluto, Lycio similem, radices numerosas, latas, lignosasq;, colligitur ex ea succus Tusis, vna cū frutice radicibus.

IVDITIVM NOSTRVM

NAturalis Historiæ, Volumine.xij.cap.vij.inquit Plinius, fert & spina piperis similitudinem, præcipua amaritudine folijs paruis densisq;.ciperi modo, ramis triū cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaq;.buxei coloris, hęc in aqua cū semine excepto, in ereo vase medicamentum fit quod vocatur Licion &c. Hæc Plinij eadem fere Dioscoridis sunt, quamuis ipse dissimulauerit vt in omni eius opere, & Colinucius fortiter neget, hic vero succus in officinis sub eodem nomine habetur, quanquam nō is vere sit, quem Dioscorides aut Plinius destribuūt, sed eius potius loco, Capri folij succo vtuntur, eumq; licium appellant, nonnulli tamen Seplasiariorum serapionis auctoritate nixi, licium ex Oxiacanthe radicibus, i dest, ex radicibus fruticis ferentis berberos, construunt, atq; eum pro optimo recondunt. Nos vero iam quod vero Indico illo caremus Licio, non isto aut illo vti eius loco cōsulerem, Sed potius quod ex Rhamni radicibus præparabitur. Nam Plinio teste Naturæ volumine.xxiiij. Cap.xiiij.de Rhamno, huius radice decocta, inquit, in aqua fit medicamentū, quod vocatur Licium, per aliquot vero lineas inferius, Licium præstantius e spina fieri tradunt, quam & Pixa Canthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe præstātissimum existimatur Indicum, Coquitur in aqua tusi rami, radicesq; summæ amaritudinis, æreo vase fere per triduum iterumq; exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat Hactenus, his iam mihi videtur multo melius fore, si ex Rhamni radicibus Licium pręparetur, q̄ ex reliqua spina, Cum antiqui, cum vero Indico carebant Licio, ex ipsis radicibus Licium præparare non dubitabant. Licium.

PHILOLOGIA CXX.

GRæce ἀκακία, Latine Acacia, eius succedaneum Prunorum siluestrium succus, Hispanice Andrinas montesinas, Lusitanice a Prunhero montesinho, Germanice Schlehen.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ACacia nascitur in Aegypto, spinaq; arborescens est, fruticosa, nec recta, in altum crescens, flore albo, semine ceu Lupinorū, candido, in siliquis clauso, ex quo succus exprimitur, siccaturq; in vmbra, ex maturo niger, ex immaturo ruffus, nascitur præterea ex spina hac gummi.

IVDITIVM NOSTRVM.

HIs iam omnibus claret Dioscoridis verbis, quanto errore medicorum, vulgus cōprehendatur, in hoc quod Pruna illa siluestria quę in spinis proueniunt, quantūuis austera, pro vera Acacia interpretātur, cū re vera longe alia res est Spina, scilicet Aegyptia, tū florē semēq; ceu Lupinos, in siliquis inclusum cādidū habens, ex quo succus ille eodē nōie appellatus, exprimitur, q̄ minime huic vulgari videtur, vbi enim tale illi semē, vbi claudētes illi silicas videtis, nec enim hanc Dioscoridis, genus hoc secūdū descriptū esse iudicabitis, qm̄ nec ei verba cōueniāt, cū vt legitis & illud cōiūctis simul foliculis, semen suum trinum quadrinumve, lenticula minus fert, nulla adhūc fructum similitudine, sed vt perfectius rem conuincamus, vidistis.o harum rerū curiosi viri, ex ea.triplex illud a Dioscoride Gummi scriptum fluere, primum lumbricorum figura, & vitrea transpicuitate, pellucidum, autem optimū, secundum candidum minus bo

num,tertium resinosum & sordidum,plane inutile,quorum nescio an primum,vel secũdum, vtinam non tertium Gũmi nostrum Arabicum sit,quod Serapio Acacie esse dicit, quanquam tamẽ Dioscorides, Aecius,Galenusq; absq; Epitheto,comi id Gumi tantum dixere, nec enim arborem vnde colligitur designant, immo congellatam concretamq; lachrymam, quam arborum trunci producãt, describunt,Sic enim Galenus de facultatibus simplicium medicamentorum volumine.vij.Gummi lachryma est,congelata cõcretaq;, in truncis Arborum,ipsam producentiũ, velut resina quoq; in multis visitur,q̃ resinam proferre possunt,hoc autem an cum Arabico Gummi idẽ sit, dubito,scimus tamen Plinium lib.xiij.Cap.xi.maxime Aegyptiæ spinæ Gummi laudare,quod Acacie vere est,vt lib.xxiiij.Cap.xij.monstrat inquiens.Est & Acaciæ spina,fit in Aegypto alba nigraq; arbore item viridi, sed lõge melior est prioribus,fit & in Galatia tenerrima spinosiore arbore,semen omnium lenticule simile,minore est tantum & grano & foliculo,colligitur autumno ante collectum nimium validius.Spissatur succus ex folliculis aqua cœlesti perfusis mox in Pila tusis exprimitur organis,tunc densatur in sole mortarijs in pastillos,hactenus Plinius,Arabes vero simul Arabicũ eum Gummi, magno ambitu,pluribus facultatibus præditũ efferunt, vt Tragacantham si nõ superet,certe equet, quanquam Dioscorides,Galenusq; illi opplendi obstruendiq; vim tantũ tribuunt,quare sapientiores hac in re audire cupimus,iudicentq; cum fandi locus his sit tributus, illi tamen hoc vnum sciant,Andromachum lachrymam cianeam Acaciam appellare.

Gummi Arabicũ

Cianea lachryma Acacia

PHILOLOGIA. CXXI.

GRæce ἑτέρα ἀκακία,Latine altera Acacia.

HISTORIA ALTERIVS ACACIE.

ACacia altera,in Capadocia & Ponto Ægyptię similis nascitur,multo tamẽ breuior ad terram humilis, tenerior, aculeis plena quos vallorum modo, prætendit,rutæ folia habet,semen(autumno)fert coniunctis simul folliculis, & in his trinum quadrinumve lenticula minus.

IVDITIVM NOSTRVM.

HAec Plinij Galatiaca, Acacia est,Li.xxiiij cap.xij.

PHILOLOGIA CXXII.

Αμόργης Amurcha expresse Oliue recrementum est.

PHILOLOGIA CXXIII.

GRæce ἄγνος, ἄγυνος, λύγος, τριδάκτυλον, αἱμα ἴβεως. Latine Agnus, Ligus, agonos, sanguis ibis, piper agreste, salix amerina, agnus castus. Theutonice Vvater mulghe. Lusitanice Pimenteira siluestre. Hispanice Gatillo casto arbor.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

Vitex

VItex frutex arborescens est, nascitur asperis & incultis locis, prope proflu entes, torrentes, aquas, & flumina, ramulos habet longos, Vitilium modo lentore suo infragiles folia oleæ, teneriora tantum, florem alterum eius genus candido cum purpureo, alterum purpureo tantum colore profert, semen vero sapore piperi simile.

IVDITIVM NOSTRVM,

AGnos siue Ligus aut Vitex arbor, quam vulgo Agnum castum appellamus est, vulgares vero piper agreste eam nominant. Plinij vero eadem fere cum Dioscoride sunt verba libro. xxiiij. Cap. ix. Sic enim percantant, Vitex Græci Ligon vocant, alij Agnum, quoniam matronæ in Thesmophorijs Atheniensium, castitatem custodiẽtes, his folijs cubitus sibi sternunt, vnde Paulus Aegineta sapientissime, libro primo suæ medicinæ Cap. xxxviij. quo de nimiæ seminis habundantię cura, agit, percipit, vna cũ refrigerantibus herbis Viticis teneros surculos substernendos, vel in somno vel in vigilia copiosiore seminis fluxu, quis abundet, crederemq; ibidem. Aeginetæ quædã verba, cum Oribasio legenda esse, scilicet, idem præstant præterea semen Viticis & Rutę in cibo sumptum, quum in vulgatis codicibus non Viticis sed Licij semen legitur, cæterũ Agnos castus arborescens frutex est. Veneris impetus inhibens, Miropole tamen hodie seminis tantum vsum præferunt, fruticis non adeo, memorię commendandum, id quod alias iam diximus, huius Agni casti semen, pro Aspalatho debere necessitatis tempore recipi, vt Galenus Aeginetaq; in suis Antibalomenis siue succedaneis docuere, nec in præsenti an salix amerina Græcorum Agnos sit, intendere cupimus, cum interpres Vergilius sua hac in re commisit verba, quæ per ocium videte.

Aeginetæ locus emendatũ.

Semen Agni casti Aspalathi Colo admittendum.

PHILOLOGIA CXXIIII.

GRæce ἰτέα, Latine Salix, Theuthonice wilgenboom, Hispanice Salguero.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

Itea omnibus nota arbor est.

IVDITIVM NOSTRVM.

SAlix & ipsa vt vulgo cognita arbor, ita multorum generum est, quæ suo ordine Plinius libro. xvi. Cap. xxxvij. atq; multis alijs in locis scribit, medico vsui parum deseruientia, ex eis vero cistæ Canistri præparantur, quibus & hodie libri pomaq; reseruãtur, vt cum Ouidio & Iuuenali dicamus.

Iam quę vetus, Græcos seruabat cista libellos,
Pronaq; & in patulis, redolentia mala, Canistris.

PHILOLOGIA CXXV.

Αγριελαία, Agrilea folijs oleaster amarus ille est, oliuæ scilicet genus, quo primo Hercules coronatus fuit, vt refert Plinius libro. xvi. Capite. xliiij. Hispanice Azanbuiero.

PHILOLOGIA CXXVI.

KΟλυμβάδες, Colimbades conditæ salsæq; oliuæ sunt, quas prima mensa vt appetentiam ducant, lauti diuitesq; sumunt. Vnde Aegineta libro primo, Cap. lxxxviij. ex oliuis druppę stomacho aduersantur crassi humoris, efficaces, muria conditæ & Colimbades, si ante cibum sumantur appetentiam faciunt, & aluum subducunt, magisq; ex aceto & oximelite præparantur.

Oliuæ conditæ

PHILOLOGIA CXXVII.

Ελαίον ἀγρίας ἐλαίας, oleum Oleastri, eo pauperes pro victu nonnunquam vtuntur.

PHILOLOGIA CXXVIII.

GRæce δάκρυον αἰθιοπικῆς ἐλαίας, Latine gummi Ellemi.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

AEthiopicæ vero oleæ lachryma, Scammonio fere similis est, rubens, exiguis stillicidijs cōcreta, & erodendi vim habens, quæ vero gummi & Ammoniaco similis nigrescit, nec erodit, inutilis est, talem autem apud nos oleæ etiā & oleastri ferunt.

IVDITIVM NOSTRVM.

AEthiopicæ oleæ lachrima hodie in officinis gummi Ellemi dictum est, ex quo Miracopum, id est, vnguentum gummi Ellemi denominationem sumpsit, quod Cōciliator differentiarum libro, numero. C, lxxxi. scripsit. Nunc vero solidiori forma a Seplasiarijs ordinatur.

Gummi Ellemi vnguentum.

PHILOLOGIA CXXIX.

QVercus, Fagus, Ilex, Glans, Castanea, Galla, omnes notæ arbores & noti fructus, Gallæ tamen multum bonarum artium studia debent, cum ꝑ atramento conficiendo inseruit, atq; inde chartis, quæ rerum ęterna posteris monumenta conseruant.

PHILOLOGIA CXXX.

GRæce ῥόος, Latine Rhus, Rhos, herba coriaria, Rus subtoria, Sumahc, Hispanice Sumahc.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

RHus, arbuscula in petrosis nascens est, altitudine fere cubitali, in qua oblōgiora sunt folia, leniter rubentia, per ambitum serrata, fructus illi racemosus, den-

sus, densus, Terebinthi magnitudine, in latitudinem se porrigens, in quo quod eum vestit corticosum, vtilissimum est.

IVDITIVM NOSTRVM.

RHus obsonijs olim deseruiens, frutex coriarius, siue sutoria. Rhus vt Columella libro decimo, Capite decimo tertio, officinarum Sumahc est, quanquam Plinius latinum nomen olim non habere tradat, is vero frutex caulæ cubitali, crassitudinis digitalis, folio Mirtino, quo nunc Coriarij pro spissandis & conficiendis pellibus vtuntur, vt Plinius simul fatetur, libro vigesimo quarto, Capite decimo atq; xiij. volumine, Capite. vi, Cæterum his addendum, quod olim imaginati sumus, guttam Siriacam, siue rorem Siriacum, non huius fruticis succum esse, vt multi opinantur, sicut nec Arabum manam, vt quondam Petrus Crinitus pro certo affirmabat. Nam Ros Siriacus aut liquor Siriacus, caliditate & tenuitate exuperat, vt Galenus libro septimo his verbis docet, inquiens, Liquores, & Cirenaicus, & Medicus, & Siriacus per excellentiam opium, dicūtur calidi natura, nam Rhus ex tertio ordine exiccantium, ex secundo vero refrigerantium (vt Galenus viij. Simplicium refert) est, quare guttam Siriacam non huius fruticis succum esse, vt multi opinantur, manifestū est, Cuius vero arboris aut fruticis ille sit succus, hactenus non est nobis compertum.

Sumahc

Ros Siriacus.

PHILOLOGIA. CXXXI.

GRæce φοῖνξ, Latine Palma, Dactilorum arbor, vulgo Palma palmera.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PAlma in Aegypto nascitur, colliguntur q; ex ea Palmulæ Autumno paulo antequam maturescere incipiant, nascentibus in Arabia Mirabolanis similes.

IVDITIVM NOSTRVM.

PHenica siue Palma, qua Africa maxime habundat, arbor Dactilos ferēs est, quæ multa est habens genera, subbulosa ac nitrosa præcipue terra gaudentia, vnde in Iudæa percommode nascitur, hæc vero Gellio teste, tantæ generositatis est, vt ponderi non cedat, sed sursum eleuare nititur, quamobrem victoriæ signum haber, quoniā huiusce naturæ est, vrgentibus, opprimentibusve non cedat, cæterum multi Mirobolanos inter ea quæ Græcis ignota, postea vero Arabum industria, in vsum medicinæ venerunt, collocant. Nam quos Mirabolanos in præsenti Dioscorides meminit, eos Græci, vt ipse libro. iiij. Balanon Mirepsicen vocant, vt Plinius libro. xij. Cap. xxi. Et. xxij. meminit, atq; libro. xxiiij. Cap. v. multoq; magis Aecius lib. illo primo, eorum quos nunc e tenebris ad lucem reuocarunt, dicens: Glans Mirepsica, quam Mirobolanum dicunt &c. Nos vero quanquam Balanum Mirepsicum, Mirobolanum dici sciamus, atq; vt opinamur aliquod genus eorum esse, simul tamen credimus hac in parte omnia Mirobolanorum genera, quæ nobis nunc cognita sunt, subintellexisse, scilicet, Indicum, Chebulum, Citrinum, Embricum, Belericum, Cum non solum in India aut Arabia nascuntur, sed multis in locis, familiares sunt.

Mirobolani.

De hoc 4. libro ca. c. liiij.

PHILOLOGIA CXXXII.

φοινίκων θηβαΐων, Thebaicæ Palmulæ nostri passim in officinis reperti, Thamarindi sunt, de quibus Mesuem videre est.

PHILOLOGIA CXXXIII.

Ἐλάτη, Palmæ cortex, florentium adhuc palmularum, fructus operimentum & inuolucrum est.

PHILOLOGIA CXXXIIII.

Malum Punicū.

ΡΟΑ, Rheas græce, malum Punicum, siue malogranatum, Romanorum est, Cuius multa sunt genera. Tria tamen communiora, dulce, vinosum & acidum, moderniores vero, acre, dulce, & medium, quod Arabes Musum appellant, dicunt. Cuius loco ipso deficiente, dulci & acri permixte vtuntur. Cæterū de horum haud pudebit disserere qualitatibus, cum graues hac in re dissidentes authores video nā vltra hoc quod omnes fere medici vna opinione consentiūt, omni malo Punico vnicam inesse stipticam vim, in hoc tamen dissident. Nam Galenus de facultatibus simplicium medicamentorum volumine Cap. Rhea, id est, malum Punicum, dulcia non nisi ea calida affirmat, vt eius monstrant verba. Malum Granatum omne astringentem qualitatem obtinet, non tamen in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quædam acida, quædam plus dulcia, q̄ austera. Et hanc quæ ab vno quoq; eorum procedit vtilitas, secundum vincentem eueniat qualitatem, necesse est, dictum autem in quarto (horum commentariorum est) super dulci sapore, austero et acido, itaq; ex illis de Malorum Punicorum differentia, liceat colligere, hactenus Galenus, quibus facillime cōprehenditur dulcia Granata calida procul dubio esse, vt ex eodem quarto citato libro Capite decimo nono & decimo facilius perpendere est, cum dulcia calida sunt, hic ipse Dioscoridis animus est, cum in febribus ea tanquam calida prohibet, quod non fecisset, nisi ea calida essent, nam acida, austeraq;, quia frigida ventriculi inflammationibus, ardoribusq; maxime commendat. Ex Arabis vero Razes horum sequitur dogma iij. ad Almansorem Capite secundo, sic inquiens. Mala Granata dulcia, non infrigidant, sed inflammationem & sitim faciunt, atque guttur leniunt &c̄. His vero Aeginetæ verba omnino sunt opposita. Mala Punica & dulcia frigida esse dicentia, vt in præsenti subscripta monstrant verba. Malum Punicum omne, adstringendi vires eximias possidet, quibus refrigerat siccatq; verum dulce aliјs minus. Hæc Pauli. Mala Punica omnia tam dulcia q̄ acria austeraq; infrigidare siccareq; monstrant. Sed dulcia acribus acidisq; minus, exponentes Logici sciunt. Auicenna vero qui alter quasi Paulus in praxi est, quamuis eo longe & copiosior sit, & plura tractet, eius vt solet subscripsit secundo Canone verba, Capite tricentesimo vigesimo, hoc sequēti ordine, Granatū, natura, illud quod est dulce est frigidū, atprimū et humidū in ipso, & acetosum. Est frigidū & siccum in. ij. Nos vero vt hac in re audacter iuditium nostrū nescio an impudenter proferam9, credim9 Aeginetæ non omnino dulcia mala Punica comperta esse, Sed hæ for san apud nos vinosa, aut media dicta, frigiditatem secum trahentia, ipsi dulcia esse. Vnde omnia non

immerito frigida esse dixit, cum hoc tamen Galenum sequentes, quia nonnulla dulcia, quædam vero acria, quædam mixta. Alia acida mala Punica comperiuntur, à sapore ipso iuditium in qualitatibus accipiendum volumus. Mali Punici qualitas a sapore iudicanda.

PHILOLOGIA. CXXXV.

Κύτινος, Mali Punici flos, domestici saltem.

PHILOLOGIA CXXXVI.

Σίδιον, Malisierium, siue Malicorium, Mali Punici putamen est.

PHILOLOGIA CXXXVII.

Βαλαύστιον, Balaustion siue vt Columella Balaustum, siluestris Punicæ flos est.

PHILOLOGIA CXXXVIII.

Μυρτίνη, Mirtus nota est.

PHILOLOGIA. CXXXIX.

Μυρτίδανον, Mirtidannum, siue vt Aegineta Mirtida femineo genere, diminitiua forma, soboles Mirti est.

PHILOLOGIA CXL.

Κεράσια, Cerasia siue Cerasa, multorum est generum, dulce, acre, austerũq; & hæc rubra, nonnunquam nigra passim compériuntur. L. Lu. post victoriam Mitridaticam vrbis anno sexcentesimo octogesimo, in Italiam Cerasas vexit (cuius tanta fuit vbertas, vt ad oceanum in Britanniam vsq; peruenere) vt Platina libro de honesta voluptate refert, qui ex Plinio ad verbum transtulit, vt ipsum est videre lib. xv. Cap. xxv. Cæterum Cerasorum gummi in officinis hodie habetur, atq; ex ipsorum carne hac præcipue in regione Australi omnes vnà Seplasiarij quandam præparant compositionem, siti, vt asserunt, conuenientem. Cerasa.

PHILOLOGIA CXLI.

Græce κεράτια, Latine dulcis siliqua, Xilocarrata, Charlios, Charamuliũ Lusitanice, Hispanice Algarrobas, Italice Carrobas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CEratia, Romani modo Græcas, modo dulces ſiliquas vocant.

IVDITIVM NOSTRVM.

CEratia per τ literam ſcripta, in ſiliquis euenientia, fabis ſimilibus, longe a dictis ceraſis differunt. Nam hæc illa eſt, quam Græci alio nomine Xilocarattam nominãt, Arabes vero Charliob, ſiue Charamulium, nos vero Carobas appellamus, quæ paſſim vſui victus eueniunt, ſiccæ tamen meliores, nam quæ recentes ſtomachum lædunt, atq; ſingulariter euacuant, vt eandem fere Caſiæ Fiſtulæ habeant vim, quo fit, medicorum nonnulli opinentur Siliquam hanc noſtram, Caſiam Fiſtulam eſſe, procul dubio tamẽ falluntur, quum longe alia res eſt, vt videre eſt Galenum vndecimo, de facultatibus ſimplicium medicamentorũ, atq; Leonicenum in Epiſtola ad Menochium.

Xilocarata.

PHILOLOGIA CXLII.

Μηλέας, malum ſiue pomũ, eius multa ſunt genera, de quibus Barbari Correlarium atq; Plinium multis in locis videre eſt, in præſenti tamen Auerrois occurrit ſententia, ex Auenzoaris intentione libro ſuo Theiſir dicens. v. ſui colligit, Cap. iiij. ita quod dictum eſt à ſapientibus, quod poſſunt generare ptiſim & Ethicam, eoq; venti generati ex his malam habent proprietatem ad exercendas arterias. Arnaldus vero Vilhanouanus quandoq; hæc verba ſubſcribẽs Non ſic exercendas legendum, ſed exiccandas potius arterias, inquit. Hac præcipue de cauſa quum ob nimiam eorum humiditatẽ, pulmonis prohibetur euentatio. Nos vero ſcientes omnia hæc mala, mala & flatuoſa eſſe, atq; neruis inutilia, vtcunq; litera legatur, bene eſſe non dubitamus.

Malum.

PHILOLOGIA CXLIII.

Κυδώνια, Cidonia, Malacotonea ſiue Chriſomela nota ſunt, de quibus vide Plinium libro. xv, Cap. vndecimo & . xvij. hodie tamen eorum in officinis præparatum cõperies Rob, atq; non aſpernendum conditũ, quod nõnunquã Scamonio ad ducendam aluum acuunt.

Cidonia,

PHILOLOGIA CXLIIII.

Μελίμηλα, Melomela, ſic à ſapore meleo dicta, genus pomorum eſt.

PHILOLOGIA CXLV.

Ηπειρωτικά, Epirotica ſiue Orbiculata dicta, quia figura eius orbis in rotunditatem acta, dictorum genus ſimul eſt.

PHILOLOGIA CXLVI.

Αγριομῆλα, ſilueſtria mala, acerba, agreſtis.

PHI

PHILOLOGIA. CXLVII.

Μηδικὰ περσικὰ, Persica poma, Marcellus Vergilius inquit, Notum Persicorum genus omne & forma, nondum tamen in antiquioribus satis patet an huius pomi arbor ea sit, quam paulo post hic pluresq; alij Perseam dicunt, in Aethiopia lætalem, in Aegypto autem salubrem, de qua in ortulo notissimos versus cecinit Columella, an quæ malus Persica vbicunq; nunc nascitur, si omnium historiam hoc loco congeramus, nihilo magis proficiemus, à testibus enim contra testes pugnabitur. Et à coniecturis contra coniecturas agenda res erit, eamque ob causam his quæ à Plinio, Columella, alijsque multis dicta sunt parata & composita omnibus ex Nicandri interprete, in Theriacis eius poetę pauca adijciemus. Ex quibus credi possit, eandem esse Persicam malum, & Perseam, letaliáq; fuisse in Aethiopia poma eius, in Aegypto amissa nocendi illa vis in sanitatis vsu grata esse & placere. Est autem locus vbi de Phalangijs agitur, inter quę quum doceret Nicander genus esse Papilioni simile, quod in Persea arbore nutritur, quodq; ille & hic Cronotolaptem nominat, longius interpres de arbore hac pomisq; eius his verbis egit. Sciendum est Socratem in Commentario de reptilibus & serpentibus testari Perseam quam Rhodacineam dicunt (hac voce autem Græci Persica nunc etiam appellant) ex Aethiopia in Aegyptum translatam fuisse. Et Rhodus Democritheus in commētario de his quę ἀντιπαθῆ & συμπαθῆ dicuntur Persas ait letalem arborem habentes in Aegyptum misisse, credentes perituros ab ea multos, sed vtilem contrario euentu illis profuisse, protulisse suauissima poma, qualia nunc videntur. Et hęc interpres eo loco, Hæc tamen Marcelli Vergilij sufficiant, quibus nixus est tenere Perseam, Persicam esse, vos vero per ocium multa ibidem videte. Nos vero Galeni vocem non ignorantes scimus ipsum Alimentorum secundo libro Perseam à Persica differentiam ponere, cum de vtraq; diuersa habeat capitula, vti & reliqui Græci. Cæterum Galenum sexto de ægritudine & morbo Capitulo primo audiamus. Sunt, inquit, qui nutrimentum mutare, corpus non posse, quod ab eo nutritur, existiment, eo q̄ hęc natura, scilicet, nutrimentum, videtur illis tantummodo significare rem mutabilem & non mutantem secundum rei veritatem hoc nequeūt affirmare, quid enim dicturi sunt de arbore illa trāsplantata de Persia in Aegyptum, quę cum in solo Persarum foret mortifera in Aegypto absq; nocumento reddita est, & quę de qualitate pessima mutata est in bonam? Hactenus Galenus, quibus Persicā Perseam esse nonnulli defensare nituntur, atq; id magis cum Dioscorides tam persicam q̄ perseę fructum stomacho accommodatum esse fatetur, quod sane nos trahit, vt hanc cum ipsis sequamua opinionem, Cum complexiones regionum nō solum in arboribus et plantis, sed etiam in hoībus & animalibus omnibus varietates faciunt, vt specie nonnulli differre videantur, quod Platonici de hominum animis concedere videntur, vnde simul fit quod Ligures naui, Latini superciliosi, Galli fortes, Itali graues, Germani fortes, Angli inurbani, iactabundi Hispani, Pœni fœdifragi, & vt Epimenides poeta Græcus, vt citat Paulus Apostolus inquiens, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri, & vt semel enim concluda-

Marcellus, Vergilius.

Diuersitas rerū.

cludamus, tantæ regionũq; diuersitate eleuantur oppositiones, tantæq; contrarietates, vt multa quæ aliquibus saluberrima sunt, reliquis præsentissima, atq; exitialia venena videantur. Vnde non mirum, si Galenus hæc animaduertens, quandoq; de Persea seorsum caput perstrixit, cum apud Perseam venenosa, quandoq; vero non vt de venenosa, sed arbore prorsus veneno carente sua verba cõmittat. Nonnulli vero, vt Dioscorides ac cæteri arborem non iam Perseam ac venenosam, sed longe iam Romanam, Aegyptiamq; saluberrimam cõtemplantes, quandoq; de eius fructu nonnunquam de arbore sua verba committunt, sed hoc non indifferenter, quanquam vno in loco Persicam, alibi vero Perseam dicant, vno in loco fructum, reliquo vero arborem insinuant, atq; semper stomacho cõducibilem fructum scribunt, vt manifeste sit iudicare, siue Persicam vel Perseam dicas nihil interesse, cum eadem omnino res est.

Persea & Persica arbor eadem.

PHILOLOGIA CXLVIII.

Μηδικα μελέα, Medicum malum Citrium vel Citreum est. At Vergilius Homerum imitans, longa periphrasi Citrum circunscripsit hunc dicens,

Felicis mali quo non prestantius vllum,

Potula si quando sæuæ infecere nouercæ, Miscuerunt herbas, & noxia verba. Nullus huc vsq; dubitat hoc de Citro dictum, cuius plura sunt genera, inter quæ narrantia & Limones huiuscemodique reliqua adnumerãda sunt, quorum tamen magnitudine potius q̃ genere differentium, eadẽ fere vis est. Neq; Mainardus hac in re haud nobis astipulatur, cum per Citria quæ & Arantia Limonesq; nũcupantur, quinto Epistolarum intellexit libro, vt eum videre est Epistola tertia

Limones narrantia.

PHILOLOGIA CXLIX.

Απιον, Romani Pirum dicunt, Cuius vt sunt multipharia genera, sic passim notissima, de quibus tamen legere est Plinium lib. xv. eiusdẽ numeri, Capite, atq; Barbari Correlarium, vagum, tamen per herbas aliquot Apion nomẽ est, vt certius quum de quodam Raphani genere mentionem fecerimus, videbimus.

Apion cõmune nomen.

PHILOLOGIA CL.

Αχράς, Pirastum vel siluestre pirum.

PHILOLOGIA CLI.

Mespil⁹.

Μεσπίλων, Mespilus, quæ Catonis æuo nondum in Italia erant, duorum est generum, quædã enim quæ Merola ab Italis dicitur, à Mauris vero Saur vel Zarur, alia vero vulgata, quæ Sitanium, cuius fructus escula à nonnullis vocantur.

D

PHI

PHILOLOGIA CLII.

GRæce λωτός, Latine Lotus arbor.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

LOtus Planta grandis arbor est, fructum pipere maiorem fert, dulcem, grauiter odoratum, stomacho vtilem.

IVDITIVM NOSTRVM.

LOtus arbor ignota mihi, Loti tamen nomen, plures sub se comprehendit herbas, vt quarto libro videre est. Lotus arbor.

PHILOLOGIA CLIII.

GRæce κϱάνία, Latine Cornus, Italice Corneiol, fructus Germanice Dilolas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SPeciosa & fortis arbor Cornus est, fructum magnitudine Oliuæ fert, oblongum, à principio viridem, quum maturuit ruffum, aut Ceræ colore qui vescendo sit.

IVDITIVM NOSTRVM.

COrna quæ Vergilius Lapidosa vocat, quod foris parum carnis & intus plurimum ossis habeant, inter acina numerata, sumpta in cibum parũ alunt, concoquiuntur tarde & aluum adstringunt. Cornus

PHILOLOGIA CLIIII.

OV A, Sorba est, Cuius multipharia genera Plinius Naturæ lib. xv. Capite. xxi. meminit. Sorba.

PHILOLOGIA CLV.

KOκκυμηλέα, nota arbor Prunus est, non minus q̃ fructus eius, Plinius Natural. Historiæ, libro. xvi. ingens ait, est Prunorũ turba, à coloribus quædam sumpsere nomina, vt alba & nigra, à similitudine alia, vt ordeacea, quod colorẽ ordeaceũ sunt cõsequuta, à vilitate alia sunt, Asinaria cognominata, ab externa gente, quædã etiã Armenica dicta, quæ odore peculiari laudãtur, Damascena, oblonga, & nigra, à ciuitate Siriæ Damasco nomẽ ducẽtia, cæteris præstãtiora & salubriora sunt, atq; in tabernis hodie inter pręcipua celebrãtur, Dioscoridis vero in pręsenti, de his Damascenis audiamus verba, cũ nõ iniucunda legẽtib9 fore credo, inquit ergo Siriaca p̃sertimq; in Damasco genita siccata prima stomacho accõmodata sunt, et aluũ cohibẽt. Galenus vero hũc demirat9 vij. Pruna.

simplicium,quæ dicta sunt,ordine sic prosequitur. Pruni fructus ventremsub ducit,recens quidem plus,aridus minus. Cæterũ haud scio cur Dioscorides pruna Damascena siccata ventrem sistere dicat,quum & ipsa palam etiam subducant,minus tamen q̃ quę importantur ex Hiberia,siquidem Damascena magis adstringunt,hactenus Galenus, quibus verbis manifeste comprehenditis Damascena pruna vt reliqua ventrem subducere. Dioscorides vero aliorum relatione magis soluentium Hiberiæ,scilicet,Damascena aluum cohibere pruna affirmauit,vt latius Galenum alimentorũ.ij.lib.Cap.xxxi.videre est, qui Hiberię,id est,Hispanię pruna omnibus anteponit.

PHILOLOGIA CLVI.

GRæce κόμαρον, Latine Arbutus,Arbustus,fructus Vnedo, Hispanice Madronhero,Madronho, Italice Ceresa,dela mare.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

COmaron Arbutus,Cotoneæ malo similis est,tenui folio, fructu prunorũ magnitudine sine nucleis quem Memecylon nominant, ruffo aut rubente in maturitate colore,is quum manditur veluti palearum acus linguę & dentib⁹ repręsentat.

IVDITIVM NOSTRVM.

Vnedo. ARbutus,Arbustus,tum Italiæ,Lusitaniæ,Hispaniæq; familiaris frutex est, atq; coriarijs notissimus,eius tamen fructus auidissime commeditur, haud sine malo sequẽti tamen,cum Cephalagia,id est,capitis dolore,illico afficiuntur,hac tamen in regione minime comperitur.

PHILOLOGIA CLVII.

AMυγδάλη,Amygdalum eius duo nota genera sunt,dulce,et amarum,nam vt ex amaris medico vsui potius conferentibus multa pręparãtur, Sic ex dulcibus amigdalis condita,cibo congruentia, interque hoc vnum amigdalatũ conditum est,quod,febricitantibus,ferme omnes practici porrigunt, quod vtinam deinceps,ardentissimis in febribus non concedant, aut his quibus stomachi bile habundant,Cum vnctuosum facilisq; inflammationis sit, quod Auicenna.ij.Canonis Cap.viij.firmat,quo de amigdalis loquitur dicens, Et sauic earũ est commouens color, sua dulcedine,nonnulli tamen,vt malo obuient, quatuor illa cõmunia semina frigida adiungere,illo permittunt,siue principio aut statui declinationiq; ægritudinis occurrant,ignorantes dogmata medicinæ vniuersalia quę ante oculos nõ minus q̃ in Geometria per se notę ꝓpositiões habẽda sunt, ac simul vt ab his seminib⁹ nõ reliqua alterãtia cõperirẽtur. Caueãt ergo iuniores, ne illorũ sequãtur opera,imo eos vt ab eis se abstineãt suadete. Nã vt legimus ad Rom.i.Digni sunt morte nõ solũ qui faciũt,sed etiã qui cõsentiũt faciẽtibus

Amygdalatum vnctuosum.

tibus, sicut Institutionum lib. legitur, cōsentientes enim cum faietibus par comprehendit pœna, Nec hac in re eorū sitis, qui se non cornicū oculos configere velle asserunt, sed per pręceptorum suorum manus acceptis medicaminibus, cōtentos fore iterum clamitant, sed hi in medicina, non hęretici, sed hęresiarchę habendi sunt, quia hęreticorum defensores.

PHILOLOGIA CLVIII.

GRæce πισάκιων, Latine Phisticum, Pistacium, vulgo Fisticos.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PIstacia in Syria nasci Pineis nucleis similia, stomacho vtilia.

IVDITIVM NOSTRVM.

PHisticum officinis familiaris fructus est, prope Italiam tamen prospere venit. Phisticū

PHILOLOGIA CLIX.

Κάρυα βασιλικά, Carya Basilica, nuces iuglandes, nam tam notæ vt Sueuis occasio prouerbij fuerint Nuces Auelane quę, nuces Ponticæ, & ipse quoque nemini non notæ, diximus quandoque id quod credimus nunc, nucem Muscatam aliquot huius genus apud Galenum esse, quod vero illud sit vos iudicate. nuces iuglandes.

PHILOLOGIA CLX.

Μορέαν, Moream siue siccamineam, Romani Morum dicunt, nota omnibus arbor Morus est, fructui cuius trinus inest color, primó albescunt, deinde rubescunt, postremo nigerrima fiunt, quasi Thisbes puellæ Aegyptiæ cruore respersa, hic vero fructus ieiuno stomacho edendus est, atque nec omnino maturus legendus, Cum non sic facillime corrumpitur. Ex his tamen in officinis Rob præparatum reperies. Rob mororum.

PHILOLOGIA CLXI.

GRæcanice Συκόμορον, Latine Sycomoron, ficus Aegyptia.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SYcomorus grandis hæc arbor est, Fico similis, multo lactis liquore abundās magna foliorum Mori similitudine, fructum fert ter, quaterve anno, non ramis vt ficus, sed caudice caprificis similem, Ficorum grossulis dulciorē, & qui interiore facto nulla qualia in Fico sunt, frumenta habet, nec nisi vnguibus aut ferro scalpatur, maturescere nequit.

LIBER I.

IVDITIVM NOSTRVM.

Sicomorus.

HAec nobis ignota arbor est, apud Indiam tamen maxime comperitur, vt nobis quærentibus qui ex India reuersi sunt, in Lusitaniam affirmarunt.

PHILOLOGIA CLXI.

Ficus.

Σῦκον. Ficus vtraq; declinatione legitur, tam arbor q̃ fructus, nota sunt, hac tamen in regione raro comperies, eius alibi infinita ferme genera sunt, prope Algarbiam, Lusitaniæ partem præcipue.

PHILOLOGIA CLXII.

GRæce περσεα, Latine Persea, Persica arbor.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PErsean, Romani pariter Græcis, Persean siue Persicam dicunt, Aegypti arbor Persea est, fructum fert stomacho accommodatum, & qui edendo sit in quo Phalagangia inueniũtur, quæ Cranocolapta dicunt, præsertimq; in Thebaide Aegypti parte.

IVDITIVM NOSTRVM.

Persea & Persica, eadẽ arbor est.

CVm de Persicis malis ageremus, paulo ante diximus, Perseam, Persicamq; arborẽ eandem esse, quare non est quid, quod nunc, addere cogitauerimus, prẹter hoc vnũ memoriæ commendandum, quod cum de rosis mentionem fecimus, diximus ex Persici floribus Ieneliabim de Persicis floribus ab Auicenna præparatum, debere intelligi, & confici.

PHILOLOGIA CLXIII.

GRæcanice ἰβηρὶς, Hiberis Latine Vicetoxicũ, siluestre Nasturcium.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

HIberis, folia Nasturcio similia habet, vere tamen speciosiora, q̃ Nasturcij sunt, cubitali longitudine herba est, et aliquando minore, nascitur locis incultis, florem æstate lacteum ꝓfert, quo tempore efficaciorem habet vsum, habet præterea radices duas, Nasturcio similes.

IVDITIVM NOSTRVM.

Vicetoxicum.

HIberis officinarum (vt opinantur) Vicetoxicum est, nascitur circa inculta, & variarum diuerticula, atq; magis prope nigrum verratrum, Italiæ admodum familiaris herba est, Cuius radici & sapor, & odor, Nasturcij inest, vnde sapientissime, Hermolaus Barbarus, ex Antigone siluestre Nasturcium, interpretatur.

LIBRI PRIMI FINIS.



T, si vobis erat in animo, omnia pene Dioscoridis capita, ordine recensere, necnon commentariolis nostris illustrare, tamen quum se materia de piscibus offerat, quæ non omnino ad herbarum cognitionem, cui nos opus hoc dicauimus faciat, visum est mihi rem nõ ingratam delicato lectori me facturum, si hac piscium materia relicta, nos ad herbas contulissemus aliquot prius recitatis, quę ad rem videntur facere,

PHILOLOGIA PRIMA.

Κανθαρὶς Cantharides muscarum genus est, quæ in officinis ad Ciendas vesicas seruantur, quibus an pedes pene caput abijcienda sunt in earum exhibitione, sub iudice lis est, vt Hypocratem & Galenum de ratione victus in morbis acutis commentario quarto vaseo præcipue interprete, simulq; Aeginetam lib. suo tertio de regnũ & v efice; affectibus, est videre qui vno ore pennas esse abijciendas, in Cantaridum & Sicadum exhibitione, fatentur, quanquam Fulcius ex eorum intentionibus oppositum affirmare, nititur, vt ipsum est legere erratorum libro suo. Cantarides

PHILOLOGIA II.

GRæce σαλαμάνδρα, Latine Salamãdra, Stelliones, Lusitanice, Salamãtegua, Germanice ein olm, vel molch, Italice, Tarantula.

HISTORIA DIOSCORIDIS

SAlamãdra in lacertarum sensu & genere est, ignauum animal, colore vario falso creditum non cremari igne.

IVDITIVM NOSTRVM.

HIs iam multorum detegitur error, asserentium, in igne Salamandras viuere & inueniri, verum eas aliquandiu in igne incolumes viuere posse, Galenus vt multis in locis, sic de temperamentis libris, si diutius in eo manserint, non secus ac alia res comburi fatetur, Salamãdra in igne cõburitur.

PHILOLOGIA III.

Ἀράχνη, Aranea araneus multorum generum est, Galenus autem de Theriaca ad Pisonem, vbi Democritum Damasippi filium & Epicurũ Philosophos redarguẽs, qui principium omnium rerum indiuiduum atq; vacuum, inaneq;, esse opinabãtur, nõn minus asclepiadem medicum inter ceteros nominans qui vt ceteri opinatur, ꝑ mutatis tamen nominibus, vt pro indiuiduo, corpuscula, pro vacuo, meatus, dicat, refert, Quis namq; artes ab animalculo araneo factas inspiciens non credit etiam telã per dilucida adeo tenuiaq; fila parari vt etiam aliqui dicant texendi artem homines primũ ipsi referre acceptam. Asclepias & Epicurus. Thales milesius primus.

PHILOLOGIA QVARTA.

Σαῦρα, lacerta vbiq; nascens & notissimus vermis est, seps vero lacerti genus est (& vt Nicandro placet) venenosum.

PHILOLOGIA V.

Scingus Σκίγκον, scingus non est stingus aut stincus aquatica illa lacerta, quam Seplasiarij accipiunt, Sed terrestris potius Crocodilus dicitur, qui adeo hic non inuenitur, vt vel ex Aegypto, vel India, vel Lybie Mauritama, vel e rubro mari, asportetur.

PHILOLOGIA VI.

Γῆς ἔντερα terræ intestina lumbricos hodie dicimus quibus Pisces Hamo capiuntur.

PHILOLOGIA VII.

Μυογάλη, Mus Araneus animal muris magnitudine & mustellina specie (vt Aecius refert) est cuius ictus venenatus esse dicitur.

PHILOLOGIA. VIII.

Lac. Γάλα, lac notum de quo Galenus lib. de facultatibus simpliciū xij. Ca. xiij. atq; li. x. capite proprio simulq;, v. lib. de sanitate tuenda ad presens tamen lac aliud nil est quam in vberibus sanguis concoctus quod muliebre primas obtinet caprinum vero secundas.

PHILOLOGIA IX.

Seri qualitas Ὀῤῥός, Serum vna ex quibus constat substantijs lac, cuius vero sit qualitatis serum vsq; hodie sub iudice lis est, conciliator vna ex parte frigidam possidere qualitatem differentiarum libro numero, cxlviij. affirmat, Mesues vero, & Auicenna ipsum calidum statuunt, nos vero credimus ipso per se sumpto, reliquis duabus partibus extractis, caseosa pinguiq; ipsum calidū esse, vt Galeni verba atq; ipsius Aeginete simie monstrant, Cum abstergendi aluumq; subducendi, vim obtineat.

PHILOLOGIA X.

Γάλα σχιστόν, Lac Chistum vel scissile concreta lactis pars, & Casealis.

PHILOLOGIA. XI.

Τυρός, Caseus cuius fere infinita genera sunt, vt Barbari Correlarium legere est, atq; Panthaleonis opusculum, de lacticinijs.

PHILOLOGIA. XII.

Ἱππάκη, Hippace Caseus Equinus Rusticorum alimentum.

PHI-

PHILOLOGIA XIII.

Βούτυρον, Butyrum e pinguissimo lacte fit, vel spuma lactis concretior, a boue sic nominatum, quia e bubulo lacte, potissimum fit.

PHILOLOGIA XIIII.

Ἔριον, Lana succida præcipue laudatur.

PHILOLOGIA XV

Οἴσυπος, Aesypus: ouium sordes hodie in officinis Isopus humida dicitur. Isopus humida.

PHILOLOGIA XVI.

Πιτύα, Coagulum est cuius multa & nota sunt animantium.

PHILOLOGIA XVII.

Στέαρ, Adeps commune nomen ad oleosam & pinguem omnem in animalibus substantiam (vt Gal. xi. De facultatibus simpli. refert est) quanquam tamen adeps pinguedo illa humidissima quæ in porcis & humidis animantibus comperitur est, terrestris vero pinguedo vt in bobus & alijs siccis animalibus comperta proprie sepũ appellatur, quanquam non ignoramus quanta in hac re apud authores dissensio sit, hodie tamen adipis fere omnia genera in officinis habentur, neq; animantium aliquod pinguedo aut adeps animata existunt vt senensis ille quondam falso opinabatur quum adeps sine sensu est omnis. Adeps inanimata est ois.

PHILOLOGIA XVIII.

Μυελος Medulla ex qua ossa nutriuntur, in officinis simul, & quædam fellis genera comperiuntur.

PHILOLOGIA XIX.

Αἷμα sanguis aeri assimulatus, gustu dulcis, Cuius fons iocinur est ex quo spiritus generatur, Nam sicut, scintilla in igne, ita spiritus in sanguine, se habet, quare inter humores sanguis longe præstantior, censetur, siquidem est spirituum materia quibus maxime stat vita, & omnium virtutum operationes, proinde naturę thesaurus habetur, & vt Plato Aristotelesq; dicunt, Carnium & vniuersi corporis pabulum, quo pereunte, statim sequitur mors, qua ratione nonnulli detenti, animam sanguinem cordi suffusum esse opinabantur, quorum si Ciceroni credimus in Tusculanis disputationibus lib. i. Empedocles vnus est, si vero Aristoteli adhęremus, ex elementis eã facit, Gricias vero proculdubio animam diffiniunt sanguinem esse, Moyses vero verus omnium propherarum, qui cum sese a sensibus abstrahere cuperet, in vastas Aethiopie solitudines peragrare non dubitauit, vbi cunctis secularibus negotijs prætermissis ac neglectis, ad altissimarum dumtaxat & diuinarum rerum meditationem animam mentemq; conuertit, in quo quidem, ita omnipotenti deo placuisse creditur, vt eum non per enigmata aut per somnia obscurasq; visiones instar cæterorum prophetarum, sed facie ad faciem vide- Anima quid

videre intueri ac plura stupenda miracula facere meruerit quemadmodum sacræ litteræ plane & aperte asserere testificariq; videntur, Talis igitur Moses Leuit. xvij. filijs Israhel dixit, Anima enim omnis carnis in sanguine est, sanguinem vniuerse carnis non commedetis, quia anima carnis in sanguine est. Et quicunq; commederit illum interibit, vnde filijs Israhel, Omnis anima ex vobis non commedet sanguinem, nec ex aduenis, qui peregrinantur apud vos, si venatione, aut aucupio, ceperit feram, vel auem quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra, hæc Moses, quibus Iudæorum multi opinabantur animam sanguinem esse, eorum vero nõnulli hac in re vti Manichei opinabantur animas de dei substantia factas esse, nec ipsis vt suam fulciant opinionem argumentum deficit, ex Geneseos lib. adductum, Sic enim Moses postquam Deus creauit homines benedixitq; illis inquit, formauit dominus Deus hominem de Limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, illud autem inspiraculum Dei substantiam esse opinabantur, quos Euripides quidam Poeta secutus cum alijs philosophis est, Thales milesius vnus illorum septem celebratorum sapientium, Romulo regnante, quanquam de anima nequaquam particularem quandam mentionem fecisse memoraretur, opinatus tamen est omnium rerum aquam principium esse, atq; inde animam ab aqua sicut cætera originem trahere, eius opinio iure censenda est, Hippon tamen philosophus ac zophista, cuius auditor in Geometria Archilaus fuit, vt Diogenes Laertius refert, li. iiij. Animam dixit esse aquam, Anaxogoras anaximenis in primis studiosus, qui quondam lunam habitacula, in se habere & colles & valles opinabatur, præter generalē quandam de initijs rerum ex similibus inter se particulis, opinionem de anima disputans νοῦν, id est, mentem & intellectum seipsum mouentem esse, animam dixit, Et sensit Archelaus, eius auditor, Diogenes alter: anaximenis auditor animam vti cætera, ad aera vnum omnium principium retulisse scribitur, Possidonius ideam quandam esse eam scripsit, Asclepiades stilphonis discipulus, quinq; sensuum exercitum sibi consonum animam fecit. Aristoxenus Musicus quæ philosophus armoniam quandam vt in cantu & fidibus, Pithagoras vero ac Xenocrates, Platonis auditor numerum seipsum mouentē putauerunt, Leucipus Democritus præter illam atomorum opinionem, animam calorem & ignem esse arbitrabantur, Heraclitus ponticus lucem eam, quemadmodum ipse alter Heraclitus Phisicus scintillam stellaris essentie censebat, Hipparchus ex igne, quēadmodum Parmenides ex terra & igne originem trahere affirmabant, Xenophanes vero ex terra & aqua, Marcus Varro eam aerem quendam, ore conceptum, in pulmone, deferue factum in corde temperatum, & in totum corpus diffusum diffiniuit, Seneca substantiam incorpoream, rationis participem esse determinauit, Hippocrates vero spiritum tenuem, per corpus omne dispersum, eam appellare non dubitauit, quidam vero animam calidum, reliqui vero frigidum, propter respirationem, Alij eam cor, nec defuerunt, qui ipsam vaporem subtilissimum censebant, quorum princeps Heraclitus, cognomento Scotinos fuit, qui Scotinos dicebatur quoniam de natura rerum ita obscure sua scripta mandauit, vt vix illius temporis Philosophi perplexas eius sententias sudantes intelligere potuissent, sed iam hos Philosophos, aut reliquos quicunq; aliquid corporeum animam esse, vel extra duce de potentia materie educi, vt Theologico verbo vtar Et exinde simul cum corporibus interire existimauerunt, omittamus, Ad Platonem tamen nos accedamus, quanquam, de anima obscura quædam Metamorphoris tropisque referta, multis in locis ita locutus est, vt vix intelligi potuerit, ac multa in eo lib. Cui titulum De immortalitate animorum esse voluit, congessit, quanquam ex illis, nequaquā quæ anima sit, aut mortalis ve augurari & haurire valeamus, Quod Cicero Tusculanarum quæstionum, lib. i. sensisse videtur, dicens, quid tibi ergo, opera nostra opus est, Nū eloquentia Platonem superare possumus, euolue diligenter eius eum librum qui est de animo, amplius quod desideres nihil erit, A. fecit me hercle, & quidem sæpius, sed nescio quomodo euenit, dum lego assentior, Cum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animarum cepi cogitare (assentio illa omnis elabitur) hæc Cicero, Ex pluribus tamen Platonis dictis: elici deprehendiq; potest, eum idem sensisse, quod Pitagoras & Xenocrates vel vt ab Alberto Philosopho traditur de substantia vel de numero seipsum mouen-

Manicheorū opinio.

Diogenes Laertius

Pithagoras

Varro

Seneca

Hippo.

Heraclitus Scotinus

monente,animam fecisse,Galenus tamen in lib.virtutum animalium inquit,Mors secũdum Platonem,fit separata anima a corpore,Paulò post,ita subdit, Propter quod autẽ separat eam sanguinis euacuatio multa,siquidem ipse Plato viueret,ab ipso penitus deposcerem discere,Hæc Galenus,Aristoteles vero Philosophorum princeps,videns philosophorum omnia hæc,quæ de anima ferebantur,vana friuola:& pene inania esse,cuncta mixta,& simplicia corpora,sua cogitatione transcendit, atq; quintam quandam naturam esse voluit,Ex qua anima conficeretur,quam Græco nomine ἐνδελέχιον,appellauit,Post eius aliquot diffinitiones,missas,quarũ hæc est præcipua,quam Galenus diffinitionum lib.subscripsit,anima inquit,est.actus,primus,& perfectus,corporis organici,potestate,vitam habentis,cuius sedes,Galeno teste, de locis affectis, Commentario. iij.Est in cerebro,contra archigenem Cap.iiij.atq; Aristotelem Cap.v.Multoq; clarius libro illo de placitis Hippocratis & Platonis.Cuius tam sepe ab eo fit mentio. Cæterũ Cicero sacratissimis illis,in diceptationibus tusculanis. Aristotelis opinionem dictam, ita subscribit,Aristoteles longe omnibus(Platonem semper excipio)præstans,& ingenio,& diligentia,cum quattuor nota illa genera,principiorum,esset complexus,E quibus omnia orirentur,quintam quandam,naturam,censet esse,e qua sit mens, cogitare enim,& prouidere,& dicere,& docere,& inuenisse,aliquid. Et tam multa alia meminisse,amare,odisse,cupere,timere,angi,letari,hæc & similia eorum,in horum quattuor generum,inesse,nullo putat,quintũ genus,adhibet vacans nomine.Et sic ipsum animũ Endelechiam,appellat,nouo nomine,quasi continuatã quandã motionẽ & perhennẽ, licet hæc vltima Aristotelis verba longe aliter quã Cicero exponit,intelligenda sunt, Auicenne Auerroiq;,hac in parte adherendo.Cum non quasi continuatã,vt ait Cicero motionẽ,& perhennẽ sed potius,spiritalẽ quandã humani corporis perfectionẽ,appellauit, Cicero vero,Aristotelẽ quẽ magistrũ quodã loco appellare,non dubitauit,secutus,hac in re,suã misit sententiã,quæ ipsi veritati & catholice Christianorũ fidei, maxime consonat,sic enim ait animarũ in terris,nulla est origo.Nã nihil est in animis mixtũ,ac concretũ aut quod ex terra,natũ ac factũ esse videatur nihil humidũ, quidẽ, aut flabile: aut igneũ,his enim in naturis nihil inest,quod vim memorie mentis cogitationẽ habeat qđ & præterita teneat,& futura prouideat. Et complecti possit, præsentia, quæ sola diuina sunt,nec inuenimus vnde ad hominẽ venire possint,nisi a Deo &c. Vergilius præterea Poetarũ princeps,e celis in terras aĩas descendisse hijs versibus ostendit (igneus est ollis vigor & celestis origo,seminibus: quantũ non noxia corpora tardant, terreniq; hebetant Artus,moribundaq; mẽbra)Hoc vero Lucretius Poeta prædixit ita canens denique celesti sumus oẽs semine oriundi, oĩbus idẽ ille pater est, sed vt multa in præsenti omittamus Theologorũ Augustini præcipue,sententias cõmemoremus,qui quũ per septimũ & octauũ librũ,super Genesim,de aĩarũ dignitate,plura copiosissime:et elegantissime,disputasset,in calce eius codicis de aĩa,quã Deus hoĩ(in faciẽ eius sufflans)inspirasse dicitur,nihil se nisi hoc solũ confirmare testatur,quod sic ex deo erat,vt substantia dei non esset,et sic incorporea,vt non esset corpus,sed spiritus, non de substantia Dei genitus,nec de dei substantia procedens,sed factus a deo,nec ita factus, vt in eius naturam natura vlla corporis,vel rationis animæ verteretur,vnde ex his, ac cæteris huiusmodi ex nihilo factã,ac creatã esse concludit,vt cæteri oẽs, Ambrosius,Gregorius, Damascenus, Remigius,ac reliqui plures,missos hic facimus Epicureos minutosq;,philosophos, qui aĩos vna cũ corporibus interire putauerunt.Lactantiũ quoq; virũ doctissimũ de opificio hoĩs cõmentario qui quid sit anima inquit,nondũ inter Philosophos conuenit, nec vnquã fortassis conueniet,quæstionẽ simillimã de immortalitate animi(cũ instituti istius non sit)prætermittimus,hæc tñ de anima in præsenti lectori non penitenda credo q ita longo sermone recitauimus vt quibusdã falso tñ opinantibus apud Galenũ animã sanguinẽ esse satisfaceremus licet tñ non facile sit illius mentẽ intelligere vt ipsum in libello illo est videre cui titulũ quod animi operationes, sequuntur corporis tẽperaturã esse voluit,at ne omnino nos medici ineusent.hac in re tm Philosophari, eorũ bonã partẽ licet mihi perstringere,qui sanguinẽ humanũ Medicinis suis miscent, magna vt ipsi putant,nutriendi,& refocillandi potentia,alij vero tanquã celeberrimũ restrictoriũ, ac præsen-

Galeni sententia

Aristoteles

Augustinus

Lactantius

Medicorũ error.

præsentissimũ antidotũ, Cõpositionibus suis miscent, ignorantes alteri, sanguinẽ vt intra corpus integrũ detentũq; optimũ ita vbi foras profunditur exitiale venenum esse, Vnde id quod olim Archelaus, Orpheusq;, de sanguine humano scripserunt, vanum esse mihi compertum est, quum eum ore detentum comitiali morbo mederi, affirmabant, atq; anguine efficacissime conuenire, vt ex eorum mente Plinius Natural. Historiæ li. xxviij. cap. iiij. refert, his adde quod Galenus decimo de facultatibus medicamentorum hos omnino increpare videtur, quum asserit desperabam vero etiam, de sanguine agnorum quem quidam comitiali morbo mederi potum scripserunt, itaq; nec hunc quidem etiam experimento dare sum ausus, quod si quis experiri volet, certo scio damnabit qui talia scripserunt siquidem, quæcunq; potu iuuant epilienticos, ea facultatis sunt incidentis, hæc Galenus, cæterum reliquorum medicorum audacitatem, ne insaniam dicam, miror, qui scientes tam multis in locis, Galenum prædicare communibus, & expertis, medicamentis, nos vti debere, non vero inusitatis, quorum prorsus nullam habemus experientiam, nihilominus ausi sunt vt multa, sic sanguinem humanum, compositionibus suis admiscere, vti Arnaldus ille villonouanus Catolonicus, inter hereticos nominatus, q cum cerotum, vt ipse ait, ad Crepatos de pele Arietina lib. ij. ordinasset, ipse fere hominis ruffi, sanguinis libram non veritus est miscere, ac si non alia, ita Casui conferentia in mundo, vt humanus sanguis reperirentur, vel præ cæteris Galenum inuenisset ipsum approbantem, quod minime in omni eius doctrina vllus comperiret, immo Galenum nunquam in vsum aut experientiam habuisse, eius hæc verba monstrant quum de sanguine Suillo loquitur, itaq; ait, quisquis sanguinem humanum morbo alicui vtilem esse, ait, in Suillo primo id comprobet ac si non eandem saltem similem actionem ostendat, Nam & si aliquatenus inferior sit humano sanguine, saltem adsimile quippiam efficiet, quo cognito ab humano pleniorem fore vtilitatem sperabimus, nam sine Paulum quidem promissis respondeat, non erit quur in humano experiri oporteat, quippe similia efficere posse similia experti sumus, hactenus Galenus, quibus facile monstratur Galenum nullam penitus experientiam ab ipso sanguine humano habuisse, quum eo nunquam vsus esset. Sed cæteris contentus esset, illis præcipue vsitatis, atq; manibus tractatis, nam vt enim alias ipse Galenus non sibi honestum fore visum asserit, si ad ea quæ inexplorata essent transisset quum periculosa est admodum eiusmodi experientia, ita reliquos & Arnaldum timidos esse vellem, Cum non de corio aut paleo suendo eorũ quæstio sit, Columbini tamen sanguinis, hæc dicamus, Nonnullii eo ad κπος φαλματα, id est, in oculis consistentia & nebulas vtuntur, eo præcipue alarum inuenis existẽte quod Galenus præcipit vtendum, reliqua vero de sanguine, apud authores legito.

Sanguis Columbinus

PHILOLOGIA. XX.

APοπατον, fimus est, Columbinus tamen inter Caustícha, adnumeratur, ex quo quondam in Misia ciuitate Asie domus combusta est, vt refert Galenus lib. iij. de Temperamentis Cap. i, quẽ simul auenzoar inter multa pestilentiæ conferẽtia cõmemorat huius tñ rationẽ dare, non huius instituti est.

Auenzoar,

PHILOLOGIA XXI.

Ουρον, Lociũ vrina, de qua Cois apud Auicennã Historia est.

PHILOLOGIA. XXII

MEλι, Mel cuius singularis extat Historia apud Galen, lib, i. de Alimentis; atq; ibidẽ de eius natura nonnihil.

PHI

PHILOLOGIA. XXIII.

Σ αυχαϱον, Saccharum Arabum Manna, siue nostratum dixerim est, qua ad ducendũ aluum vtimur, vt Fulcij Mainardi ve, Epistolarum lib. ij. verba monstrant. Manna nostratũ græcorũ Saccharum est.

PHILOLOGIA XXIIII.

K ηϱὸς, Cera est.

PHILOLOGIA. XXV

Π ϱοπολὶς, Propolis fauorum stabilimentum.

PHILOLOGIA XXVI

Π υϱον, Pyrus triticum, cuius genera apud Plinium legito libr. xviij. atq; Galenum. i. de alimentis cap. vlt. cum de patre suo loquitur, agriculturæ facto studiosiore. Triticũ.

PHILOLOGIA XXVII.

K Piθης, Hordeum, lutum vulcani: inter primas fruges demetitur atq; in cibis antiqssimũ fuit, vt græci polẽtã ex eo conficiebãt, vñ ptisane vsus laudatissimus in acutis præcipue ægritudinibus est vt Mainardum Epist. lib. ij. videre est Epistola, ij. Hordeũ

PHILOLOGIA XXVIII

Σ υθον, zythum Courmi genera cereuisiæ sunt, hodie tamen longe aliter præparantur, quorum fundamentum & basis lupulorum flores existunt, lupulus vero inter volubilis species, a recentioribus reponitur, cuius nulla vt aiunt apud Dioscoridem Galenumq; mentio facta est Plinius vero lupulum illum salitarium, aut repticium lupum appellat, nonnulli vero bruscandulam nominant, Græci vero Briton dicũt, huius folia Brionie similia sunt, asperiuscula tamen paulo, flores foliacei, candidi vinũ alleaq; subolentes, Barbarus vero quodam in loco nonnullos esse ait, qui falso tamen ꝓ vitæ nigra, reliquos vero qui ineptissime pro corruda ceperunt, Nos vero vltra hæc, credimus lupulum Dioscoridis, similacem asperam esse, vt, iiij. li. latius de hac re est videre Lupulus Lupulus græcorũ similax est

PHILOLOGIA XXIX.

Σ εαν, zea priuatum a latinis semen dicitur, genus frumenti tamen est, qđ speltam omnes dicunt Spelta

PHILOLOGIA XXX.

K Pιμνὸν, Crimnum puls pulticula, qua pro pane olim Romani vsi fuere, vt Plinius Natur. Histo. li. xviij. Cap. viij. testatur.

PHILOLOGIA XXXI.

Siligo O Λυϛα,frumenti genus est,hodie Siligo dictum,quo rustici Lusitaniæ maxime,vti nobiles septentrionales vtuntur.

PHILOLOGIA XXXII.

A θῆϛα,Athera sorbitio quasi liquida pulticula ex zea facta

PHILOLOGIA XXXIII.

T ϛαγον,frugem tragum non nosco dictorum tamen esse genus videtur.

PHILOLOGIA XXXIIII

G ræce ϐϛωμον,Latine Auena vulgo Auena.

HISTORIA DIOSCORIDIS

BRomon Auena culmum habet geniculis intersectum,tritico folijs similibus & in summo pendentes paruulas veluti locustas duplici cruce diuaricatas in quibus semen est.

IVDITIVM NOSTRVM.

Auena BRomos Auena communis est,cum omnia ac si acu pingerentur ei conueniant, Aegilops tamen de qua.iiij.lib facienda mentio est, licet hauena a nonnullis dicatur, ab ista tamen maxime differt,vt huius rei Aeginetam li.videre est,seorsum de vtraque ægentem,atq; id magis cum hæc in medicina ad Cataplasmata & tussim vtilis,illa vero ad oculorum ægilopas & discutiendas duricies vim habet,quare Plinij error nullus hac in parte est,vt Leonicenum Colinutiumq; legere est.

PHILOLOGIA XXXV.

O ϛυξα,in genere frumentateo oryza est,quam Hordeum Galaticũ vel rysum dicũt.

PHILOLOGIA XXXVI.

X ονδϛος,Halica,far.

PHILOLOGIA. XXXVII.

Milij vires KEγχϛος,milium vulgo notum quod foris impositum in sacculis idoneum est fomentum,Galenus ipsum refrigerare primo ordine,iij.vero exsiccare,vij.li,fatetur Posteriores vero illi vires refrigerandi in.iij.assignarunt siccandi vero in.ij.

PHILOLOGIA. XXXVIII

Panicũ. E λυμος,Panicum milio simile est,quo rustici simul aluntur.

PHILOLOGIA XXXIX.

Σ ησάμον, Sesamum Commune hodie nec omnino incelebre, Hispanice Iorielim.

PHILOLOGIA. XL.

Αἶρα, Aera lolium est, frugum acerba pestis quod tamen vere sit dubitatur, Plinius tamen libro. xviij. aeram a lolio separat, absq; errore tamen dubito, Leonicenus vero vt solet non simulat, quanquam Colinutius in Pliana aduersus eum defensione defensare conatur Hispani tamen, suo idiomate vallico herbam loliũ esse volunt. Lolium.

PHILOLOGIA XLI.

Ἄμυλον, Amylum ex eo appellatũ quod sine mola fiat, ab officinis tamẽ Amydũ hodie dicitur. Amydũ

PHILOLOGIA. XLII.

Τῆλις κάστρον, Fenogrecum est officinis familiare, Hispanice alfornas alholuas. Fenogręcum

PHILOLOGIA XLIII.

Λίνον, Linum cuius semen & oleum in vsu habemus.

PHILOLOGIA XLIIII.

Ἐρέβινθον, Cicer vulgo notum legumen.

PHILOLOGIA XLV.

Κύαμος, Faba oblonga aliquantulum, plana compressaq; facie, in siliquis nunc terne quaterneq; nascuntur, nigro vmblico, seu oculo, ita magne, vt due drachmam vnam pendant, qua ratione nostratum fabam diuersam ab antiquorum faba esse quinq; dicere ausus sum, cũ vt rẽ ab ouo incipiamus, antiquorũ fabas nõ oblõgas planasq; esse, imo rotundas paruissimas, atq; inde a nostris dissidentes, Galen. i. de facult. alimentorũ. cap. penult. de aphaca, & vitia monstrat, sub his sequentibus verbis, horũ seminũ figura, nõ rotunda veluti fabarũ, sed aliquantulũ latiuscula similiter lenti. Item idem Galenus oniscos, multipedas, asinos, etiam ciamos, id est, fabas appellari dicit, qđ dũ contrahuntur, fabarũ figurã imitentur, nũc vero easdẽ bestiolas in rotũdissimas pillulas cõuolui, vltra Scriboniũ largũ affirmãtẽ, Aegineta li. vij cap. oni nõ negat imo ita esse affirmat, cũ inquit oni multipede, q̃ in humidis locis agũt, & tacte in orbẽ se conduplicant discutiũt siccantq; &c. quibus verbis veritas clare cõprehẽditur, dictis Dioscoridis verba suffragantur, scilicet antiquorũ fabas rotundas paruasq; esse, lib. i. habito Ca. lxxxviij q̃ de Iunipero arbore mentio fit, vbi ipsius rotunda exiguaq; semina fabis cõparare videtur, sic dicentia, earũ fructus alterius pontice nucis, alterius faba magnitudine cõspicitur rotundus, apud Dioscoridem tamen, sæpe multis alijs in locis exigua rotundaq; semina fabis comparari reperies, his adde, quod nonnunquam apud plerosq; medicos legimus, in legmate cuiusdam capitis, si faba, vel alud quippiã, rotundũ in aures ceciderit idq; hoc magis, cancrũ in Mamillis, fabe similitudine incipere quibus luce clarius percipitur, fabã antiquorũ exiguã rotũdaq; esse, at si alicui leuia hęc videtur argumẽta, vt ipsis mediantibus quanquam rotundas, non tamen ita paruas & exiguas antiquorum fabas esse fateri conatur, Galenum in præsenti audiamus, qui antiquorum fabam, minimam Faba

esse statuit, libello illo præsertim, cui de ponderibus titulus est, sic enim ipse ait, in Aegipto Ciamo obolus semis, id est, Aegyptia faba semiobolum ponderis habet, obulus vero drachme sexta pars est, atq; inde faba Aegyptia duodecimã drachme partem æquiparat, cũ semiobulũ ponderis habeat, sed cũ Aegyptia ipsa faba communibus fabis quas authores intelligunt maiores sint, vt Dioscoridis sequentia verba sequentis capitis monstrant, dicentia, de faba Aegyptia, commeditur viridis faba hæc etiam nigrescit siccata maiorq; communi faba est, sequitur antiquorum fabas paruissimas esse vt non semiobuli pondus habeant quare deinceps antiquorum fabas, a nostratibus diuersas esse nemo dubitet.

Obolus.

Nostratum fabas ab antiquorũ diuersas esse.

PHILOLOGIA XLVI

GRæce κύαμον αἰγύπτιον, Latine faba Aegyptia.

HISTORIA DIOSCORIDIS

FAba ægyptia pontica dicta, grande folium galeri modo habet, caulem cubitalem crassitudine digitali, florem roseo colore dupla ad papaueris florẽ magnitudine, qui cum defloruit vesparum fauis similes vtriculos profert, in quibus fabæ sunt paululum bullarum modo supra operculum emergentes, vocatur id ciborium, ab aliquibus autem ciborium, quasi scriniolum: propterea qđ seritur faba hæc, indito im mãdente gleba semine eius sicq; in aquam proiecto, radix illi est harundinis radice crassior.

IVDITIVM NOSTRVM.

Faba Aegyptia

FAb a Aegyptia peregrina, in officinis tamen quibusdam, radix in taleolas secta habetur.

PHILOLOGIA. XLVII.

Lens

φακός, Lens legumẽ vulgo notum, quod commeditur & in cibi vsu hominibus est, missam tamen hic facio quam video dissentionem, inter Marcellum Vergilium Hermolaumq; Barbarum, cũ quidã lentem cum suo cortice in cibo sumptã aluũ cohibere, alter vero potius emolire fateatur, Galeno tñ Aeginete Plinio adherendo ipsam secũdũ sui totum corpus adstringere manifeste comprehenditur, sed in præsenti mirari satis non possum medicorũ tã stupidã credulitatẽ, neue cordẽ cecitatẽ dicã, quæ tã vanã frustrationẽ p tot annos nõ percipit, scilicet lentes ægrotis maximũ vt dicũt iuuamentũ esse, cũ antiquorũ placitis præsentibus, q̃ maxime nocent, vt eos tñ oino aberrantes monstremus, nemo est qui ignorat quã oẽs ferme nostri seculi medici, id maxime conentur, vt in oibus affectis tã pleuritide q̃ Scotomia quã frenitide, quã quartana tertiana continua Cephalalgia vti reliquis alĳs morbis, lentes tãquã inter cætera alimenta p̃stantissimas, p victus ratione ægrotis propinẽt, qđ q̃ erroneũ sit ac cõtra rationẽ agãt primũ veterũ testimonĳs deinde ratione vna aut altera demõstrabimus, licet prius tñ, vñ error iste promanauerit, scire, vt oia meliori ordine cõprehẽdamus, Auicennã ergo fen decima li. iĳ, tractatu. v. Cap. iĳ, q̃ de cura doloris pectoris tractat, huius vitiũ esse eiusdẽ verba sequẽtia mõstrãt, & maximi q dẽ erroris est, in potu tribuere infrigidantia vehementia, nisi in factis ex colora, & non dentur in potu infrigidantia stiptica, & cibi eorũ sint sicut lentes cũ acetositate, & similibus, hæc ergo Auicene verba vt nõ solũ reliquis

quis in ægritudinibus ausam medici lẽtes cõcederẽt sed in pleuritide dederũt, quibus si mul raze verba anectere possumus,li.ad almãsorẽ.ix.ca.de Cephalalgia.i.capitis dolo re qui tapsil siue taxil illa in ęgritudine cõcedit,taxil aũt ipso raza sinonimorũ li.p̃sente Cibus est,qui fit de lentibus coctis cũ aqua,hæc tñ cũ multis alijs Auicene & Raze aucto ritatibus,quas tediosum in præsenti recitare esset,sufficiant,quibus oẽs hodierni practici in ægritudinibus lentes dare nituntur,sed quantũ male operentur, quod ex antiquorũ dogmatibus monstrare promisimus in propatulũ reponamus, Galenus igitur de ratio ne victus acutorũ.Com.xviij.sic monstrat,Cerealia quoq; appellata semina cõnume rant,lentẽ videlicet fabã lupinũ cicerculã,miliũ,panicũ,fenogrecũ,auenã,tiphã,& quę cunq; id genus alia,horũ igitur oĩm frumentaceorũ gustamentorũ cætera quidẽ vulgo dãnantur,quod protinus inferant magnũ detrimentũ,Panis aũt vnus & Condrus,in a cutis administratur morbis,lens siquidẽ,& miliũ,& fenogrecũ,tanq; medicamenta ob quosdã ventris morbos exhibetur,& non tanq; nutritura Cibaria,hæc ergo Galeni len tes inter Cibaria non reponi manifeste monstrant,atq; inde nullatenus pro victus rati one ægrotis dandas fore,arguendum restabat,quod sane Galenus diligens quanq; ibidẽ non monstrauit,alibi tñ non siluit,imo non minorẽ in hac re legẽ,illa Platonis lib.ix. de legibus,dicente medici qui curantes sponte occiderunt morte plectantur constituit, eodẽ de ratione victus in morbis acutis libro tñ ipso primo cõmentario illius dolores si quidẽ vbi ni fallor suadet,monetq;,Capitali pena,ne lentibus quisq; vtatur,atq; magis hac præcipue in ægritudine pleuritide scilicet,in qua,tum Auicenna eiusq; sequaces v nanimiter maxime laudant nixi auctoritatibus quarũ præcipuã scriptã superius cõmisi mus,ne ergo longinquiores simus,Galeni hæc sunt verba,qui lenticulã ex aceto confe ctã,pleuritico in ea morbi declinatione quæ nihil aliud quã coctorũ expuitionẽ deside raret,exhibuit,is non immerito languenti ipsi qui sequente nocte suffocatus est,mortis occasionẽ dedisse,est visus,imo lenticulã,nemo qui mẽtiscõpos fuerit dederit,hactenus Galenus,quibus verbis luce clarius comprehenditur,nullũ sane medicũ esse, qui lenti bus alat ægros imo potius insanũ haud eruditionis alicuius,quod si dederit sequenti ve ro die æger moriatur,ipsum mortis causam esse tanq; legẽ adscribit,vt inde iudices & re cuperatores,dãnũ illatę mortis vindicarent,hæc vero vetus traditio clarius mõstrat, di cens,& medicus etiã qui dat infirmo qui habet pleuresim postq; declinat eius ægritudo declinatione cõpleta ita vt indigeat nõ aliqua rerũ,excepto sputo illorũ humorũ qui di gesti sunt cũ sputo,lẽtes frigidas factas cũ aceto,necessario putatur de eo quia ipse est cau sa mortis eius,propterea quod suffocatur in nocte secunda,verũ tñ tũ non inuenies aliq̃ ex eis quibus est ratio,qui lentibus cibet infirmos,hactenus,quibus nihil clarius dici po test,nec sane absq; ratione Galenus hæc retulit quũ lentes oĩno pessimi sint alimenti atq; multorũ affectũ primæ causæ,vt Dioscoridis hęc sequentia verba monstrant,Phacos id est,lens,hebetat oculorũ aciẽ,si eius multus est cibus,ægre eadẽ concoquitur,stomacho nocet,stomachũ & intestina inflat,aluũ cũ suo cortice in cibo sumpta cõpescit,adstringẽ di vis & natura ei est,ideoq; aluũ sistit,cortice suo prænudata diligenterq; elixa. Et pri ma in coquendo diffusa aqua,aluũ eĩn soluit primũ eius decoctũ,grauia etiã & tumultu osa insomnia,Lens facit,neruis,pulmonibus,& capiti inimica,felicior illi contra alui flu ores sua vis est,hæc inter multa Dioscoridis,Galenus de facultatibus alimentorũ li,i,at q; simpliciũ li.viij.subscripsit,qui lentibus adstrictoriã,præcipuãq; vim tribuit.Nec Aui cena ipse.ij.li.Cap.ccccxlix.lentibus hæc non tribuit,imo potius affirmat,dicens. Lens est inflatiua & cõposita,ex virtute constrictiua & abstersiua,& facit videre somnia ma la,& stipticitas eius corticis est plurima,& in ipsa tota est inflatio plurima & inspissat san guinẽ,& nõ currit inuenis,& ipsa minorat vrinã,& mẽstrua p̃pter illud, & generatur ex ea humor melãcolicus,& ęgritudines melãcolice,& fortasse res hordei est ei cõtraria Raza p̃terea.iij.ad almãsorẽ ca.ij.nõ lõge a dictis,inquit,lẽticule frigide sunt & sicce,& sanguinẽ generãt melãcolicũ,corpusq; desiccãt,sperma q̃q; destruũt,atq; sanguinẽ sedãt cuius extingunt caliditatem,infrigidant enim,atq; oculorum tenebrositatem & melan colicas ægritudines efficiunt,cum aliquis in commestione eis frequenter vtitur, quod & in aphorismis verum vt multis alijs in locis repetiuit,Si ergo a lentibus tales oriũtur

Lex Platonis

Lentis vitium

Ratio.

affectus,quod omnes fatentur,procul dubio earum vsus reprobus est, nec vna in ægri-
tudine tantum,sed in omnibus potius,Nam earum præcipuum adiumentum, sanguinē
condensare est,vt omnes ipsis vtentes pro victus ratione egrotorum fatentur,Nocumē
ta vero quam plurima dicta inducunt,quare non mentis compos medicus cum Galeno
aliquem dicendus est qui propter vnum,tam multa obnoxia sæuaq; accidentia,ægrotis
non veritus inducere est,quum eius intentio reliquis non ita pessimis medicamentis aut
Cibarijs perfici posset,illas vero potius nullius esse commodi in medico vsu, vltra tam
plurima quæ habent incommoda,Hæc præcipua tamen monstrant,ægre concoquun-
tur,prægrauant stomachum,Difficillimum reddunt ventris officium, grauia & tumul-
tuosa insomnia faciunt,quorum quodlibet ægrotis superueniens,maximum est malum
atq; inde vitæ periculum,Non me præterijt tñ hac in re nonnullos esse,qui lentiū sub-
stantia ęgrotos non alere,sed earum decocto tantū asserant, qui non minore errore quā
cæteri bona fide comprehenduntur,nam vt cætera mala,lentibus omnes tribuunt,sic ea-
rum decoctum primum poritare aluum fatentur,qua ratione, reliqui earum iure tantū
vti non vero substantia nituntur.Sed re vera a ratione quammaxime alienantur hi cū
licet earum decocto ventrem subducendi vim habeat,non tamen hac de causa vt rē bo
nam ægrotis propinare habent,iure enim censendum est cum lentes pessime sint earum
simul decoctum malum esse,quanquam tamen non ita malum , earum tamen, virtutis
non paruam,secum attrahit partem,præsertim hodie,cum licet decocto , ægroti tantum
vtantur,lentibus ipsis abolitis,quod difficile,creditu,videtur,ipsarum tamen cortices,
a decocto inseparabiles sunt,quæ corporibus lentium peiores sunt,vt Hippocrates de ra
Lentis tione victus in morbis acutis,commentario.iiij.fatetur,inquiens,Lens adstringit,atque
virtus turbationem facit,si non detracto cortice ingeratur,cuius verba Galenus enarrans,inqt
vocem hanc ἄςαδ*ο*μ turbationem quandam,& veluti pugnam quæ in ventre ex discre
pantibus facultate Cibarijs oritur,significari dixi,quomodo & nunc significat si cū cor-
tice adsumatur,vtpote quæ quam caro ipsius longe coctu difficillior existat, hæc Gale-
nus,quibus clare monstratur lentium cortices,quæ cum decocto eueniunt, lentibus ip-
sis peiores esse,atq; inde ipsorum decoctum propter corticum admixtionem malum ar-
guendum censimus,dictis adde,quanquam cortices decocto haud misceantur,nihilomi
nus eo vtendum,cum olim si lentium vsus erat aliquis,præparabantur tamen oleo, ga-
ro, satureia,vel pulegio admixto,quod sane hodiernis temporibus minime fit, aut alijs
ipsas commiscebant edulijs vti ptisane illis facultate contrarie,ex quorum commixtio-
ne quondam præstantissimum Edulium componebatur quod Græci φακοπθισαναυ nun
cupare consueuerunt,nonnunquam vero betis,vt Heraclides Tarentinus quandoq; v-
sus est,adiungebant,atq; simul edulium illud τευτλοφακεμ , appellabant quia e lente &
Beta compositum,cum ergo his temporibus nullo horum modo lentes præparantur sa
num consilium esse credo,ipsis nequaquam vti,cum seorsum,sumpte male sint,imo om
nino interdicende ac fabe inter Pythagoricos,pręedictis Hippocratis verba astipulantur
de ratione victus in morbis acutis dicentis,legumina omnia flatuosa sunt,& crúda,vbi
ea omnia,seu suam singula malignitatem habentia, penitus a consortio bonorum cibo-
rum eliminantur,cui sententiæ celsus,alioquin Hippocratis Emulator lib.ij. suæ medi-
cine apertissime subscribit,quare nullatenus lentes esse dandas manifeste percipitur,atq;
id magis cum quoq; notum illud sit,exepedimearum libro quā male id successerit,qui
Aenio,legumina efitarunt,quod etiam Galenus repetit;separatorum sermonum lib. iij.
Aphorismo.xvij.quibus perpendere debemus,omnino obnoxium esse ægrotos ipsis a-
Ratio. lere,inter quæ lentes sunt,Præterea cibi illi,qui non conueniunt sanis, minus conueni-
unt ægrotis,quatenus cibi sunt,sed nulla legumina quatenus cibi rationē subeunt sunt sa
nis conducentia,ex Auicene sententia,capite de eo quod comeditur,& bibitur,ergo nec
ægrotis,his adde lentes præcipue,cum Galeno præsente de locis affectis li,ij. ca.vi.Legū
minū omniū maxime lentes inter melancolicos cibos numerantur,si quis vero nobis op
ponat Aeginetā qñq; lētibus vti Ex li.iij.de capitis dolore ex vino,illi respōdemus eas
ibidē tanq̄ repercussoriū medicamentū:non vero,vt cibū cōcedere:vt ergo finē impo
namus;licet hac in re multa reliqua dici possint;hęc sufficiāt;q̄bus luce clarius mōstratur

non li

non licitum esse vti Lentibus, immo ab eis maxime abstinendum. Nec enim candide Lector te moueat, Auicennę aucthoritas a nobis allegata, Lentes in Pleurisi concedens, Cum longe aliter noua Auicennæ e Arabico ad Romanam linguam traditio mõstrat, immo Lentes omnino floccipendendas statuit, Cum altera, ni fallor, cum non præsens codex sit, sic inquit, Et maximi quidem erroris est, in potu tribuere infrigidantia, vehementia, nisi in factis ex Colera, & dare in potu infrigidantia stiptica, aut dare eis in cibo Lentes cum acetositate & similibus. Hæc ergo Auicēnæ traditio, longe aliter monstrat ꝗ dandæ in Pleuriticis Lentes sint, cum omnino eas abnegat, vt legenti manifestum est. A Lentibus omnino in cibo abstinēdū.

PHILOLOGIA XLVIII.

Φασίολος, Phaseolus siue Phasiolus, cum quadruplici sillaba, ad differentiam Phaseli trium sillabarum, Dolchicon Galeni & reliquorum sequentium est, nostratū vero Eruila, alias Lobus dicta, Phaselus vero tribus sillabis pronunciatus, Hispanorū legumen est, longe ab Eruilia dissidens, quod suo ideomate Feijones, aut Iudiuelos, appellant. De hac vero re, Mainardum (cuius anima cum angelis particeps sit) videre est, qui Epistolarum lib. primo singularem commisit disceptationem, quam Fulcius, qui ætate hac nostra, oneis disciplinas studio ac diligentia singulari prosequitur, errorum libro subscripsit, Cuius non pœnitenda verba illic videto. Phaseolus & Phaselus differūt. Mainardus & Fulcius.

PHILOLOGIA XLIX.

GRæce ὄροβος, Latine Orobus, Eruum, Hispanice Ieruos, Oiezgos, Theuthonice Vitsen.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ERuum, exiguus frutex, tenuis, angustis folijs, & exiguis seminibus, quæ in Siliquis fert.

IVDITIVM NOSTRVM.

PLinius Naturæ libro. xviij. Cap. xv. duo Erui siue Herbi, cōnumerat genera, aliud candidum, reliquum vero ruffum, communes vero, domesticum & siluestre dicūt. Hæc grana in siliquis sine septo habent, quæ se inuicem quasi tangunt, nullibi non nota, pro boum saltem bono pabulo, officinis tamē hæc communiora existunt, sub Orobi nomine, quem Arabes suo nomine Elmelich appellant, vt Auicennam est videre, ij. Canonis libro, Cap. CCC. Iiij. Orobus

PHILOLOGIA L.

TΕρμος, Lupini in officinis seruantur, satis noti, quibusdam infeliciter proueniūt, Hispanie procere crescunt.

PHILOLOGIA LI.

GRæce γογγύλη, Latine Rapa, Rapum, Napum, Gallice vng Nauet, Theuthonice een Rape, vulgo Hispanorum Nabos.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

RAporum duo genera sunt, satiuum alterum, agreste alterum, quod in aruis nascitur, frutex altitudtne cubitali, ramosus, cuius summæ partes & folia leuorem habent, longitudine digitali, & aliquando maiora, semen in caliculatis siliquis fert, dehiscentibusq́, seminum inuolucris his, aliæ intus capitum specie siliquæ inueniuntur, in quibus exigua colore nigro semina sunt, sed quæ fracta intus albicent.

IVDITIVM NOSTRVM.

Rapa GOngilida, siue Gongilem Græci, id quod nos Rapam siue Napum, appellant, genus scilicet oleris, apud omnes in vsu frequentissimum, præsertim in condiendis iusculis, Cuius multa genera sunt, nota tamen, quare Dioscorides vt de magis noto, satiui scilicet, Rapi historiam prætermisit, si quis tamen ea diligentius considerare volet, Theophrastum legat, lib. xij. Cap. iiij. Et Plinium libro. xviij. Cap. xiij. &. xix.

PHILOLOGIA LII.

Bουνιας, Napum, Rapi genus est.

PHILOLOGIA LIII.

Radicula. PΑφανις, Radiculam Columella, nostri vero Raphanum vocāt, oleris genus, quo ad ciborum prouocandam appetentiam, & vrinam promouendam vtimur. Herba caule vno arboreo fere assurgens, vt in Ruta conspicitur, quare multorum Græci δενδρο λαχανον, quasi olus arborescens dicunt, nec Gaza Theophrasti interpres, aliter vertit, huius præterea tria Plinius memorauit genera, Leue, Crispum, & Campestre. Dioscorides vero simul trium mentionem facit, Hortulani, siluestris, atq́ alterius, sub Apios nomine, vt in sequenti videndum est, Raphani vero decocto ad porritandum vomitum nonnunquam Galenus vt cæteri vtitur, supreme item Rafani cortices concoctionem adiuuant, medularis vero pars digestioni perq́ difficilis.

PHILOLOGIA LIIII.

GRæce ραφανὶς ἀγρία, Latine Raphanus agrestis Armoracia, Hispanice Rauano, Vagisco magisco, Lusitanice Rabaon gualliisco,

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ARmoracia, Raphanus agrestis, folia satiuæ similia habet, multoq́ magis Lapsanæ radicem habet, gracilem, mollem, sapore acri.

IVDITIVM NOSTRVM.

Rafanus agrestis. HVius autem folia longe a vulgari sunt, per quæ presertim, in herbarum cognitiones deuenimus, Nam Lapsanæ perquam similia existunt, cuius radix subacres vires possi

res possidet, quæ arenosa loca & margines itinerum potissimum amat, qua nõnulli Seplasiariorum pro costo falso tamen vtuntur.

PHILOLOGIA LV.

Σίσαρον, Sisaron inter olera repositum, quod Plinius Naturæ volumine. xix. E Germania maxime laudauit, quoniam egregiæ generositatis, & amplissimæ magnitudinis, in frigidissima regione nasceretur, quid sit ingenue ignorare fatemur, multi tamẽ Gallorum eum esse volunt, quod suo ideomate des cheruites, appellant, cuius radicem elixam maxime commedunt. Sisaron.

PHILOLOGIA LVI.

GRæce λαπατον, Latine Rumex, Lapathum, acutum Lapathum, Gallice de la parele, dela patience, de loseille, Hispanice, Lusitanice Labaca, Germanice Meingelrourtz, Theuthonice Partike.

PHILOLOGIA LVII.

GRæcè οχαλιδα, Latine acetosa, Gallice dela surelle, Hispanice azederilha.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

RVmicis plura genera sunt, inter ea οχι Lapathon, quasi acuta Rumex dicitur, palustribus locis nascens, durris, & in cacumine acutis folijs, Est pręter hanc hortensis Rumex, priori omnino dissimilis, est et tertia agrestis, breuis Plantaginini similis, mollis, & in terra iacens, quarta postremo est, quam quidã ab aciditate saporis οχαλιδα appellant, sunt qui eandem etiam Anaxyrida aut agrestem Rumicem vocent, cuius folia tertio generi, id est, agresti breuiq;, & Plantagini simili, similia sunt, eius caulis non adeo grandis est, semen acuminatum, colore rubro, sapore acri, quod in caule & ad natis nascitur.

IVDITIVM NOSTRVM.

LApathum, siue vt vulgares Laparium dicunt, multa habet genera, quæ Dioscorides in præsenti memorat, quorum primum Oxilapathon dicit, quia in acutũ vergunt, aut in Mucronem Cuspidemq; folia tendunt, vnde acuta Rumex, vel acutũ Lapathum, aut (vt officinæ) Lapatium acutum appellatur, vnde q̃ perperam dicant, hi qui Oxilapathum non hac ratione dici affirmant, manifeste comprehẽditur. Nam hoc acutum quo officinæ ac medici pro scabie & pruritu vtũtur, insipidum nulliusve saporis est, quod Galenus Lapathum simpliciter appellat. Nam Galeni Oxilapathon, Dioscoridis quartum genus Oxalida dictũ est, nostra scilicet Acetosa, sed Dioscoridis Oxalida Acetosam nostram esse, ipsius clara verba monstrant dicentis, quarta postremo est, quam quidam ab aciditate saporis, Oxalida appellant. Hunc vero ipsum Galeni Oxilapathon esse, ipsiusmet verba monstrant. ij. Alimentorum dicentia, Oxilapathon vero, rusticæ mulieres obsurdu quodam appetitu quam Citam vocãt laborantes, sicut & insolentes quidam ac curiosi pueri hesitant, quę omnia acetosæ nostræ euenire hodie est. Lapathũ Galeni Oxalapathon Dioscoridis Oxalida

ani-

animaduertimus,cum maxime cruda a pueris & pregnantibus, calidis præcipue in regionibus estur,admixto tamen aceti exiguo, nec frigidæ hæ regiones in eorum obsoniis,eam despiciunt,immo q̃ maxime pro condiendis iusculis atq; condimentis, ea vtũtur,vnde in vsu coquorum est,quare non immerito prisci illi Oxilapathum post Galeni saltem tempora venientes,inter cibaria oleraq; reponunt,quod tamen de acuto ex officinis Lapatho,minime dicere credendum est,Cum insipidum & Palato inepta herba,vt nemo ipsam vnquam culinę deputauerit,immo porcis & scrophis cum maxime eam esitant & pinguescunt,dictis fidem faciunt,quę Galenus ex Lapatho pręcipue euenire affirmat,Serapio ea omnia acetosę tribuit.Quare consultius saniusq; esset quotiescunque Oxipalathi vsu opus est,acetosa potius vti,q̃ insipida illa Rumice, cũ in omni fortiores vires possidet. Cęterum secunda & tertia Dioscoridis rumex,priori congera sunt, nullibi non nota,in suum præsertim vtilitate euenientia.

PHILOLOGIA LVIII.

Hippolapathus

Ἱππόλαπαθον,Hippolapathus,id est,grandis rumex,in Palustribus eueniens,Hispanorum romaca est.

PHILOLOGIA XLIX.

Lapsana

Λαμψάνη,Lapsana agreste holus Brassicæ generis Pedali altitudine,folio sinapis hirsuto tamen,quod familiare nostro horto est. Eius tamen nomen apud Flamingos incompertum est.

PHILOLOGIA LX.

Blitum.

Βλιτον,Blitum Blitus,inanum insipidissimum & fatuum omnium olus est,vnde inutiles & rudes appellamus Blitos,quare communiter in omnium ore est,Bliteum te merito dixerim,qui Blitum ignoras. Huius vero folium Spinachijs non absimile est,semen foliaceum habet,Atriplici saltem simile,apud Italos Hispanosq; holus frequens est,atq; auidissime eum comedunt.

PHILOLOGIA LXI.

Græce μαλάχη κηπευτη, Latine Malua, Gallice des Malues, Theuthonice Maluwe, Germanice Bappelem, Hispanice Malua.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

Maluæ duplex genus est,hortensis altera,siluestris & incultis locis nascẽs altera,estq; hortensis magis q̃ siluestris edendo.

IVDITIVM NOSTRVM.

Malua a moliendo dicta,vel vt Varro Molua,quod aluum molliat,nulli non nota omnia eius multa genera,satiua tamen prisci olim in acetarijs cum lactuca, ad soluendum aluum vtebantur. Vnde Martialis vtere Lactucis,aut mollibus vtere Maluis,decimo vero libro idem inquit. Exoneraturas ventrem mihi vilicas Maluas attulit Et varias quas habet hortus opes,hodie simul multi eisdem aceto & guarro conditis saleq; vtuntur,nos vero hodie eaꝝ decocto vti solemus in Enematibus ad aluũ porritandum

dum & vrinas ciendas. De his vero Theophrastum videre est lib. ix. Capite decimo nono, & Plinium libro secundo Capite secundo.

PHILOLOGIA LXII.

ATράφηξις, Atriplex holus aureum, duplici differentia habetur, vtrumq; tamen sa- tiuum hortense apud Lusitanos saltem habetur, quorum vnum Spinachia dicitur omnibus nota, quam Gallici Espinartes, Hispani vero Spinafres Hespinaças, Germani Spenet appellant, folio allatæ sagittæ persimile, semine foliaceo, quæ Spinachia hodie, eo quod ab Hispania, primum ad alias nationes exteras, Allata dicitur, reliquũ vero subaurei coloris est, quod nonnulli Crisolachanum, id est, aurei coloris appellant, quod parum ab Spinachia præter in colore dissidet, atq; inde reliquũ ei nomẽ est, quod Hispani Iuxta, Lusitani Armoles, Gallici vero Arrouches; siue des bonnes dammes appellant. Spinachia atriplex. Crisolachanum

PHILOLOGIA LXIII.

KPαμβη, Brasica Caules sunt, cuius multæ sunt species, quas qui exacte persequi vellet, Plinium & Theophrastum, suis proprijs in locis legat, satiua cõmunis est. Caules.

PHILOLOGIA LXIIII.

GRæce κραμβη αγρία, Latine Brasica agrestis, siluestris caulis.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

BRassica agrestis siue rustica, maritimis & preruptis locis plerunq; nascitur satiuæ similis, candidior tantum, hirsutiorq; & amara.

IVDITIVM NOSTRVM.

CRambem agriam Romani siluestrem Brasicam dicunt, quæ vero illa sit, non difficile est inuenire, Brasicam tamen ex lachrimis Lichurgi natam fuisse, quidã affirmant, vnde etiam ad ebrietatem plurimum valere nonnulli putant.

PHILOLOGIA LXV.

GRæce κραμβη θαλασσία, Latine Brasica marina, Soldanella, Sanguinaria, Germanice Bloutfraut.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

BRassica marina diuersa penitus à satiua est, folia habet longissima, tenuissima, rotundæ aristolochiæ similia, quę singula à ramulis leniter rubentibus, ex imo pediculo Hederaceorum modo prodeunt, habet Brassica hęc candidum incisa liquorem, non tamen copiosum, gustu quadantenus salso, cum amaritudine aliqua concretione pinguem.

IVDITIVM NOSTRVM.

Solda-nella. KRambe Talepsia siluestris Brasica est, nostratum vero Soldanella, alias Sanguinaria dicta.

PHILOLOGIA LXVI.

TΕυτλον, Tentlon, Beta Sicla, Sicelica, vt Theophrastus lib. viij. siue Sicula vt reliqui appellant, notissimum olus est, cuius hactenus de ea in historia aut medicina tradentes duo fecerunt genera, ceu Dioscorides in præsenti album scilicet & nigrum Album illud commune holus est, & dicitur, quia non multum herbaceũ ac viridis coloris est, quod aluum bonum facit, atq; eam subducit, vnde Martialis & pigro ventri inquit, non inutiles betas, huius Betæ succus naribus instilatus, mirifice caput a flegmate mundat, non minus q̃ si Oxilaterium, aut Eleborus niger, aut huiusmodi caput purgiũ, reliquum esset, quod non a Dioscoride tantum, sed experientia didicimus iam, Nigrã vero Betam tantum in præsenti Dioscorides vt diuisionem faceret memorauit. Nam alibi per se caput de ea prefixit, sub Limonio scilicet, vt de eo alibi videre est, alba tamen Sicla, Gallice de la poree, de la Ioth, Hispanice Acelga, Theutonice Beete appellatur.

Beta nigra Limoniũ est.

PHLOLOGIA LXVII.

Portulaca. Aνδραχνη, Andrachne Græcorum, Portulaca nostra est, subrotunda, & crassa folia habens, qualia in Aizoo, id est, semper viua maiore videmus, Cuius duo reperiuntur genera, maius & minus, quæ foliorum magnitudine tantum inter se differunt, Gallice du Peirpeir, de la pourceline, Hispanice Nardolhagua, Lusitanice Baldro eguas, Theuthonice Porceline.

PHILOLOGIA LXIII.

GRæce ασπαραγος, Latine Asparagus, Gallice des Asperges, Hispanice Spargos, Lusitanice Sparraguos, Germanice Sparghen.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ASparagus, exiguus, sed racemosus frutex est, folijs numerosis, longis, feniculo similibus, radix ei est longa, rotunda, grandis, tuberculum habens.

IVDITIVM NOSTRVM.

Asparagus. ASparagi duo genera sunt, hortense & siluestre, vtrumq; notum vulgo. Columella autem suæ rei rusticæ libris, satiuos Asparragos a rusticis suis antiquis Corrudã vocari ait, horum vero stolones primis mensis pro acetarijs aceto et oleo condititi edi solent, qui facillime & celeberrime concoquuntur, vnde prouerbium de re q̃ cito persici dicimus, citius q̃ Asparagi coquuntur, huius radix perquã diuretica est, vt inter eas principatum habeat.

PHILOLOGIA LXIX.

Græce

GRæce ἀρνόγλωσσα, πολύνευρος, Latine Arnoglosa, Ortigia, Coturnix, Cinoglossa, Heptapleura, Polyneuros, Lingua agni, Septineruia, Stelaphuros, Hispanice Lhamten, Lusitanice Tamchagem, Germanice Breiter megrich, Theuthonice wegebree blaren.

¶ Minoris Plantaginis Latina nomina.

Lanciolata, Plātago minor, Lingua arietis, Lingua agni, Lusitanice linguoa, douelha, Hispanice lenguoa de Carnero.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

PLantago duplex est, maior & minor, habet minor Plantago angustiora, minora, molliora, tenuiora, & maioris leuioris folia, coliculos angulosos in terram inclinatos, flores pallescentes, & in summis caulibus semen, maior contra crassior speciosiorq; est, latiore folio & oleris figura, angulosus etiam Plantaginis huius caulis est, modice rubens, altitudine cubitali, ex medio vsq; ad summū cacumen paruo semine vestitus, radices illi sunt teneræ, pilosæ, colore candido, crassitudine digitali nascitur Plantago humentibus locis prope lacus, sepes, & vliginosa loca.

IVDITIVM NOSTRVM.

GRæcorum ἀρνόγλωσσα, Plantago nostratum est, ἀρνόν Græci agnū vocāt, γλῶσσαν vero linguā, id est, linguā agni, cuius plura sunt genera, duo tamen præcipua, Maior scilicet & Minor, Minor angustioribus folijs & nigrioribus, linguæ pecoris similis, Caule anguloso interdū inclinato in pratis nascens, quam officinæ quinq; neruiam, aut agni siue arietis linguam vocant. Maior vero, folijs laterū modo inclusa, quæ quia septena sunt Græci ἑπτάπλευρον vocauerunt. Nascitur in hortis, atq; vallibus, nec non & paludibus, & in pratis. Reliqua vero huius multa sunt genera, quorum aliquot libro iij. Cap. C.lx. attingemus, de Alismate scilicet.

Lingua arietis Plantago minor.

Alisma Plantaginis genus.

PHILOLOGIA LXX.

GRæce σίον ἀρωματικὸν πλατεῖς, Latine Sium aromaticum, Sium odoratum, Silaum Lauer, aquatica Anagallis, herba Canela, Gallice de la Berle, Hispanice Genero, de erua buena, de Lhagoa

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SIon nascitur & inuenitur in aquis, breuis, pinguis, & pusillus frutex latis folijs, olus atro similibus, minoribus tantum & odoratis.

IVDITIVM NOSTRVM.

SIon aromaticum, Canela herba in officinis dicta est, alias Lauer, genus scilicet Balsamitæ, hæc Sium Silaum dicitur, de qua controuersiam apud Leonicenum & Colinutium iurisconsulti hominem doctum, videre est, alterum Plinium accusantē. Reliquum vero in eiusdem defensione, vere tamē Plinius hac in parte errat, quicquid Colinutius vt ex Dioscoride in præsenti quisq; comprehendere potest.

Canela herba.

Plinij error.

PHILOLOGIA LXXI.

SIσύμβριον, Latine Sisymbriũ, Corona Veneris, Balsamita, Menta aquatica, Germanice Balsam, Hispanice herua buena Dellagoa, Lusitanice Generode mentrastos.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SIsymbrion, Coronaria est herba, quæ locis incultis hortensi Mentæ similis, latiore tantum & odoratiore folio nascitur.

IVDITIVM NOSTRVM.

Mentha aquatica SIsymbriũ Balsamita, Mentha aquatica dicta, quia in acetarijs aquis potissime eueniens, Mentrasto persimilis est herba, nisi quod non eo modo hirsuta, nec ita odore grauifolia sunt, immo bonum possident odorem Veneris incitatiuum, vnde Veneris nomen ei eueniens est, qua hodierni homines in coronis vtuntur. Nonnulli tamen Seplasiarij ea Nepethę loco non sine errore vtuntur, quũ Nepetha longe res alia est, aquatiea vero hæc Mentha facillime in Mentam degenerat culta, vt Theophrastus lib. vi. de Plantarum causis refert.

PHILOLOGIA LXXII.

SIσύμβριον ἕτερον οἱ δὲ καλοῦσι, Sisymbrium alterum Sisymbriũ, Sium, Inodorũ Sium, Nasturciaria, Crilones, Gallice du Cresson, Hispanice Berros, Lusitanice Agriois.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

ALterum Sisymbrium Circinatum habet à primo ortu folium quum creuit deinde in incisuras quales in Erucæ folijs sunt, diuiditur.

IVDITIVM NOSTRVM.

crisones. MIssas hic facio multorum sententias, quare Leoniceno adhærentes veritatiq; simul Sisymbrium indorum Crisiones nostros esse credimus, cum aquatica hæc herba cum Siodoro crescere vtplurimum solet, atq; inde nomen sibi traxisse videtur, folio subrotundo & inciso, Nasturcio sapore similis, vnde Cardaminen Græci eã appellant, atq; magis cum Crissones maxime sint calidi, vt etiam Venerem & menses cieant, quę oĩa Sisymbrio huic euenire aiduertitis, vt iure iudicãdũ sit Sisymbriũ & Crissones esse idẽ

PHILOLOGIA LXXIII.

GRæce κρῆθμον κρίταμον, Latine Crethmon, Crithmon, Crista marina, Batis, Cretamus, Baticula, Petrocelinum mariniũ, Feniculũ mariniũ, Lusitanice Perrexil do mar, Hispanice Perrexil dela mar, Gallice de la creste marine, de la Bacille, Italice del Fenochio marino, Germanice Fenief marini.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

BAtis herbula frutici similis, & in duos statim foliosos diuisa ramulos est, cubitali altitudine nascitur, petrosis & maritimis locis folijs vndiq; plena, pinguibus albescentibusq;, Portulacæ foliorum figura, latioribus tantum longioribusq;, & in gustu salsis flores fert candidos, fructum Libanotidi similem, mollem, odoratũ rotundũq; is siccatus rumpitur, habetq; intus Tritici figura semẽ radices sunt illi crassitudine digitali tres quatuorve, suaues gustu & odoratæ.

IVDITIVM NOSTRVM.

CRithmum Crithmon, vel batis officiuarum Cretamus est, feniculum marinũ, alias Petrocelinum marinum dictum, herba scilicet apud Lusitaniam iuxta Hispaniam prope mare sponte nullo rei rusticę opere facto eueniens, quam Hispani cõditam oxe-lęo & sale vt caparres lucri gratia ad hanc præcipue septentrionalem regionem afferunt quæ Empetri, hoc est, saxi fragiæ species est, calculos & lapillos vesicæ & renum frangẽs apud Miropolas tamen eo modo præparata multa comperitur. Petrocelinũ marinum.

PHILOLOGIA LXXIIII.

GΟρωνόπους, Latine pes cornicis, herba Coronopus, Casiatris, Sanguinaria, Galli crus, Capriola, Gramen aculeatum.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

COronopus oblonga herbula est, per terram sternitur, & folia incisuris diuisa habet, estur & hæc olerum modo cocta, radicem habet gracilem in cibo adstringentem.

IVDITIVM NOSTRVM.

NEminem esse credo qui Leoniceni viri cui deferant multum bonarum artium studiosi disceptationem illam non legerit in eo præsertim libro, quot de Plinij erratis aliquot edidit, atq; inde neminem dubito fore, qui antiquorum Coronopũ pedem cornicis siue pedem corui herbam, a recentiorum pede coruino differre non sciat, cũ vna præsens hæc astringendi, reliqua vero exulcerandi atq; cauterisandi vim possideat, vt Bathrachij historiam legenti manifestum erit, nam Batrachon, recentiorum pes coruinus est, Cuius genrra tria quatuorve comperiuntur, nam Coronopus galli crus herba est, non vero crista gallinacea, vt Hermolaus Barbarus innuere videtur, cum crista gallinacea herba apud Dioscoridem manifeste Sideritis est, crus vero galli potius graminis genus, quod Plinius Naturæ libro aculeatum gramen appellat, atq; eum pueri naso imponentes, mox sanguinem profluere faciunt. Reliqua vero de hac re Leonicenũ atq; Fulcium legito. Pes coruinus recentiorũ Græcorũ batrachõ est, vt latius Cap. Batrachio.

PHILOLOGIA LXXV.

GRæce σόγχος τραχὺς ἢ κιχώριον, Latine Cicerbita, Lactucella, Sonchos aspera, Rostrum porcinum, Tarraxachon, Gallice du Laceron, Hispanice specie de Sarraia, Lusitanice Serralha.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SOnchi duplex genus est, agrestius & aculeatius alterum, tenerius alterum, & quod edendo est, angulosus Soncho caulis est, concauus & aliquando rubescens, folia habet per interualla, circumcurrentibus in ambitu incisuris.

IVDITIVM NOSTRVM.

tarraxacon. TAnta tamq; similia inter se Intibi siue Ambubeiæ genera sunt, vt nõ facile est cuiq; propriũ & germanũ suũ tribuere nomen, Sonchus tñ cicerbita, officinarꝫ Tarraxacon siue rostrũ porcinũ est, vt Leonicenus fatetur, genus scilicet Intibi siue Ambuleię, atq; etiã Lactucę, cũ & lacte habundat, quod antiquis esui erat, & in hortis serebatur. Rostrũ porcinũ Reliquũ vero huius genus huic propemodũ simile est, spinosius tñ atq; inde animalibus ingratius, tertium vero genus non vidimus nec cognouimus.

PHILOLOGIA LXXVI.

GRęce σέρις ἄγρια κιχώριον πικρὶς, Latine Cichorium, Cichorea, Ambuleia, Intibũ agreste, Lusitanice almeirois, Hispanice la Chicoria, Gallice de la Chicoree, Theuthonice Cicoreie, Germanice Megruart.

NOMENCLATVRA SATIVI INTIBI.

GRæce σέρις, Latine Intybũ, Intubus satiuus, Endiuia, Gallice de Lendiue, Lusitanice Serralha Enuide, Hispanice Ceraia Enuide, La endiuia, Theutonice Endiuie, Italice La scariola.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

INtybi duplex genus est, agreste, & erraticũ alterum, ab amaritudine Picris & Chicoriũ appellatũ, latioribus folijs, alterũ satiuũ & in cibis gratius, Satiui rursus duplex itidẽ genus Lactucæ similius, alterũ & lati foliũ, angusti folium, alterum & quadantenus amarum.

IVDITIVM NOSTRVM.

DIfficilis admodũ vt diximus, & longa est controuersia de Intybis, breuiter tamen Mainardi ac reliquorꝫ sapientiũ mentes sequendo explanabimus, quicquid intybis debetur, Seris Græcorꝫ herba ea est, quã Romani intubũ, intybũ siue intybã, postea vero corrupta voce Endiuiam vocant, cuius genera multa sunt, omnia tamen magis ac minus in amaritudine conuenientia, Vnde prouerbium, Intyba successit Ambrosię, atq; Vergilius Georgicorꝫ lib. amaris intyba fibris, præsentis tamen erraticum, siue agreste intubum, qnod sub nulla olitoris, aut agricolæ lege liberum vagatur, & errat, sic dictũ, Cichorium. nostratũ Cichorium, vel vt officinæ Cichorea est, quam ambuleiã Celsus olim dixit, atq; solarem herbam, quia eius Cerulei flores solem semper comitantur atq; cum eo circum aguntur, qua ratione multi hanc Heliotrppium esse affirmabant, inter quos Pliniũ Plinij error, nominare est, quanquam tamen illud falso opinantur, cum Heliotropium lõge res alia est, vt ex eius descriptione iudicãdum est. Cæterum Cichorea satiua alia est, latioribus folijs quã nullibi in Lusitania aut Germania vidi, in Italia tñ & Flandria ipsa frequẽs est, quæ eradicata & terra obruta amaritudinem perdit, atq; Hibernis mensibus eã arena sepultãt, quæ postea inter oxipora celebrãt oxeleo salisq; modico adhibito, ipsamq; Theuthonici ac itali vno ore Endiuiam appellant, quanquam Lusitani ac Hispani eã hic non Endiuiam, sed potius Cichoream suo ideomate nominant, sequens vero subdiuisio Endiuiam communem monstrat, præsertim Intybum illud lati folium Lactucæ Endiuia simile, atq; huius reliqua genera, quæ plura folijs longioribus, minoribus nonnunquam per interualla circumcurrentibus atq; asperis reperiuntur.

PHILOLOGIA LXXVII.

GRæce κονδρίλλη, Latine Condrilla.

DIOSCORIDIS HISTORIDIS.

COndrilla folia caulem & flores ambubeie, id est, agresti Intybo similia habet, ideoq; agrestis Intybi speciem aliqui esse eam dixerunt, tota tamen tenuior est, inueniturq; in imis ramulis eius fabæ magnitudine gummi Mastichæ simile, est & alterum Condrillæ genus, folium habet veluti circumrosum, oblõgum, per terram stratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuem, in mucronem desinentem inanem, rotundam, flauescentem, eodem liquore plenã.

IVDITIVM NOSTRVM,

COndrillam nemo vsq; hodie mihi demonstrare valuit, Intibi tamen genus est, qđ vero illorum iudicem lector te esse volumus. Condrilla.

PHILOLOGIA LXXVIII.

KOλοκύνϑα, Græci fœminino genere in secunda declinatione nostram monstrarũt Cucurbitam κόλοκύνϑι vero diminutiua appellatione, agrestis illa Cucurbita est quam in officinis suspensam Coloqu yntidam monstrant, pręsens tamen Cucurbita esui hominum deseruiens est, quæ multiformes reperiuntur, quædam vetrosę, quia in ventre multum turgescunt dictæ, quę nonnunquã artifice natura eueniunt, quãdoq; vero ab hortulano vinculo formantur & finguntur, ea parte qua strictiorem vult facere, cum Cucurbite qua coguntur forma crescunt, vasorum gratia sic ornatæ, qui mos antiquis etiam solebat Cucurbitas in vasa fingẽtibus, vt postea maturis & inanitis & siccis vterentur. Vnde Plinius Naturę lib, Nuper enim inquit Cucurbitarum vsus venere vrceorum vice iampridem etiam Cadorũ ad vina condenda, Columella vero, de media inquit parte Cucurbitæ, semen inuerso cacumine ponito, vt fiat incremẽti vastioris, Nam sunt ad vsum vasorũ satis idonea, quod hodie in vsu videmus, atq; ipsis præcipue vtuntur qui per æstatem atq; ardores maximos in agris negociantur. Cæterum oblongæ quędam alię Cucurbitæ comperiuntur, vt visę quandoq; sint, vt refert Hermolaus Barbarus nouem pedum longitndinis, quę ob id Anguine a quibusdam dicũtur. Reliqua vero admodũ paruæ, digitali crassitudine, a Græcis Somphos cognominatæ reperiuntur, in petrosis ac saxosis nõ nisi semper euenientes locis, quã nos inanẽ aut barbarã Cucurbitã dicimus Iusculis idoneã. Cęterũ medici hodierni Cucurbitã pro bona victus ratione ægrotantibus prębent, his pręcipue qui arsiuis febribus affliguntur, cum humidę ac frigidæ potestatis sit, meo tamen iudicio repurgato ventriculo edenda Cucurbita est, cũ facillime in eos humores cõuertitur in stomacho detentos, vt Platina de obsonijs libro assentire simul videtur. Cucurbita.

PHILOLOGIA LXXIX.

Σικυρήμερον, Sicyn hemeron, Romani satiuũ Cucumerẽ dicũt, q multis in locis nõ cõperitur, Gallice rñ vng Concombre dicit, Hispani vero suo ideomate Cogombros appellant, Columella vti multi alij Cucumerem Anguinũ appellat, quia oblõgus atq; instar anguis flexuosus sit, siluestris vero alter Cucumis est, de quo alibi differendum. Cucumer.

PHILOLOGIA LXXX.

pepones melones PΕπωμπέπωνες, Peponis Pepones, Melonum genus est, sicut Stapones & Melopopones, cum enim rotundæ figuræ sint, & mali figuram referunt, Melopepones dicuntur quum autem magnitudine in longitudinem processerunt, Pepones vocantur. Nam Citrulus siue Citriolus, vulgo Citrion, ab Hispanis Pepinus dictus, lõge a Pepone dicto Cytrul' differt, nec forsan de eo apud Dioscoridem facta mentio est.

PHILOLOGIA LXXXI.

Lactuca TPίδαξ, Tridax Lactuca nostratum est, sic dicta, vt Paladius in Ianuario, quod habundantia lactis exuperet, quod quidẽ lac ventrẽ leuiter mouere dicebatur, quare apud veteres in primis epulis veniebat, vt Martialis sequenti carmine monstrat.

Prima tibi dabitur ventri Lactuca mouendo, vtilis,

PHILOLOGIA LXXXII.

GRæce ἀγρία θρίδαξ, Latine Lactuca silnestris.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

AGrestis Lactuca Satiuæ similis est, ampliore tantum caule, candidioribus folijs, gracilioribus, asperioribus, & in gustũ amaris.

IVDITIVM NOSTRVM.

Aγρία θρίδαξ, nostra siluestris Lactuca est, quam semel hic Antuerpiæ, in horto nobilis Dñi Diodoci Mendi vidi, persimilẽ omnino Cichorio, albiorẽ tamen ac amaram. Multi tamen decipiuntur, credentes Lactucam siluestrem herbam aliam quandam esse, in segetibus familiarem huic similem, quam Gallici du Letron, Lusitani vero Leitugas appellant, quia simul lacte habundant. Nã mea sententia, longe res alia est, cũ hoc tamen credimus Endiuiæ illam speciem esse, non vero huius Lactucæ.

PHILOLOGIAL XXXIII.

GRæce γιγγίδιον λεπίδιον, Latine Gingidum bis acutum.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

GIngidion herba est, agresti Pastinacæ similis, tenuior ea tamen densiorq;, radicem habet exiguam, albescentem, & amaram, estur oleris modo coctũ crudumq; & sale seruatum.

IVDITIVM NOSTRVM.

Gingidium. GIngidum bisacutum olus est, atq; inter olera a Paulo Aegineta censetur, quanquã illud non agreste Pastinacæ, vt hic & Plinius, sed Scandici simile fecit, cuius causa quod vere illud sit, in præsenti non assequi possumus.

PHILOLOGIA LXXXIIII.

G ræce σκάνδιξ, Latine Scandix Scanaria herba.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SCandix agreste olus est, amaritudinem & acrimoniam, aliquam habet, edendo herba est, esturq; ceruda, & cocta.

MARCELLI VERGILII VERBA.

Hæc hodie ab Herbarijs ignoratur, quam enim illi scandicem modo appellant, latiore & quasi Bete folio est, Antiquiores autem vt in re nota fit, nullas eius notas tradiderũt, verum tamen vt ex multis conijcere licet, tenui & quasi capillato folio est, Plinius lib. xxi. cap. xv. inter sponte nascentes numerauit, coniunxitq; illi, vt veresimile est, congeneres plures alias quæ omnes tenui folio & capilaceo sunt, præsertim quæ Caucalim & Cragopogona quæ à Capillamẽtis quæ pro folijs habet, Coma dicta á Græcis est, ob quam causam non abs re penitus fuerit, similem in foliorum figura illis credere. Scandix

PHILOLOGIA LXXXV.

GRæce καυκαλὶς μυ ἵτις δ'ἄυνορ ἄχειορ, Latine Cancalis herba, Daucus agrestis, pes pulli, pes galline, Lusitanice Bisnagua, Hispanice Vixnaguas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CAncalis Drodantalis Coliculus est, aliquando etiam maior, & leniter hirsutus, folia Apio, similia habet, in summo fœniculi modo pluribus incisuris diuisa, hirsuta & ipsa habet in cacumine præterea vmbelam candidam & odoratam.

IVDITIVM NOSTRVM.

CAncalis in aruis sponte sua nascens herba, dauci figuram, incisionem foliorum vmbellam, adeo referens est, vt a quibusdam Daucus credatur verus, vere tamen illius generis est, quam siluestrem Daucum appellant, licet tamen Seplasiarij, Hyberie vt vidi ea pro vero Dauco vtuntur, Hic tamen Flandriæ minime hæc prouenit herba, sed e Hyberia magis aduehitur pro dentium tantum diuitum mercatorum purificatione, ipsa tamen nephritice passioni atq; vesice calculis miro modo confert. Cãcalis.

PHILOLOGIA LXXXVI.

Eυζωμος, Eruca nostra, Salax a Poetis dicta, quod venerem moueat Caliditate sua, Eruca. quare Lactuce in minutali iungitur cibo vt contrariam vim temperet, Eusomos Platina vero a Græcis hæc appellatur, vt Platina de honesta voluptate ait quoniam iura ex Plinio. commendet, huius duo genera sunt, Hortense & Siluestre, Hortensi omnes vescimur, in

Acetarijs & epulis hortis familiaris herba, folijs multo diuisis nasturcio similibus, siluestre vero in vinetis folio satiui simile euenit, flore tamen luteo, cuius semẽ diutissime in terra priusquam pululet asseruatur, Hispanice Erugua, Gallice de la requete;

PHILOLOGIA LXXXVII

GRæce ὤκιμον, Latine Ocimum Basilicon, Hispanice Alfahaca, Lusitanice Alfauaqua, Gallice du Basilic.

HISTORIA DIOSCORIDIS

Ocimum vulgaris, & nota omnibus herba est.

IVDITIVM NOSTRVM.

Ocimũ. OCimon fragantissimi & vehementissimi odoris est, herba, vnde nomen accepisse credo a Græco verbo ὄζω, quod est redoleo, cuius aliqua comperiũtur genera, nõ nisi tamen omnibus nota, quorum semina quum obruta terra sint, pauicula vel celindro, diligenter inculcari gaudent.

PHILOLOGIA. LXXXVIII.

Græce ὀροβάγχη κυνομόριον. Latine Orobanche erui angina.

HISTORIA DIOSCORIDIS

ORobanche, Coliculus semipedalis, & aliquando maior est rubens, pinguis hirsutus tener, & sine folijs, albescente & in luteum colorem inclinato flore, radix illi est, digitali crassitudine quæ ore arescente caule tota seipsam laxat, & disijcit, creditur inter legumina nata, Orobanche ea strangulare, vnde & nomen inuenit.

IVDITIVM NOSTRVM.

Erui anguina. ORobanche, ex maleficio nomen fecit antiquitas, & quoniam fruges legumina eruumq; præsertim circunligando se necet erui Angina dicta est, id enim Orobanche græcis significat, quam Marcellus vidit nec quicquam inter segetes & legumina per estatem frequentius inueniri fatetur.

PHILOLOGIA LXXXIX.

Græce τραγοπώγον, Latine Tragopogon, barba hirci, Italice barba de predt.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

TRagopogon siue coma breuis coliculus est, folia habet Croci, radicem longam & dulcem, in coliculo sumo calix magnus est, & in summo semen nigrum

grum á quo & nomen inuenit, herba edendo est.

IVDITIVM NOSTRVM.

HAec vt audio familiaris Italiæ herba est haud vnquam tamen eam vidi quã suo ideomate illic la barba de predt appellant.

PHILOLOGIA XC.

Græce ὀρνιθόγαλον, Romane Ornithogalon.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ORnithogalon coliculus est tener, tenuis, candidus, semipedalis fere, tribus quatuorve agnatis, & ipsis etiam teneris, ex quibus flores prodeunt, foris quidem herbaceo, intus vero, & aperti lacteo colore, & in medio eorum capitulum pilulæ quam in arboribus aliquod Cachryn vocant, modo ancisum coquitur cum pane quo modo, & nigellæ semen, radix illi bulbosa est.

IVDITIVM NOSTRVM.

ORnithogalum, ferunt nihil vilius, nec frequentius, habere agros, quid autem sit vt ei nomina tribuamus ingenue fateor ignorare. Ornithogalon

PHILOLOGIA XCI.

GRæce Ὕδνον, Latine Tuber terræ. Hispanice Tubera de la tierra. Italice Tarensola zunesta. Teuthonice Eertnot.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

TVber radix rotunda est, sine folijs, sine caule colore sub flauo, foditur vere, edendo est.

IVDITIVM NOSTRVM.

OMnibus Tubera terræ nota sunt, quæ vino lota, sub cinere calido coquuntur, cocta & munda, saleq; item ac pipere aspersa, calida adhuc, conuiuijs post esum carnium, vt Platine libro de Obsonijs placet, apponi debent, alit hiccibus, vt Galeno placet, & quidem multum, ac venerem ciet, hinc est, quod crebro vtantur veneree delicatorum ac lautorum mense, quæ in venerem promptiores sint ad genituram, si id sit laudabile, Sim vero ad libidinandum vt pleriq; ocioli & intemperantes solent, detestandũ omnino est. Tuber terræ.

PHILOLOGIA. XCII.

Σμίλαξ κηπαία, Latine Smilax Hortensiana Phaselus. Hispanice Feiones Iudiuelos Lusitanice Feiois.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SMilax hortensis hederæ folia habet, molliora tãtum graciles caules, & in caulibus capreolos, propinquis fruticibus se inplicantes tanto vndiq; incremento, vt scenas etiam, & tentoria inumbrent, siliquas fert, fœno greco similes, longiores tantum crassioresq;, in quibus semina renibus animalium similia nec colore vno verum ex altera parte leniter Ruffa, coquitur olerum modo ad cibum siliqua cum semine.

IVDITIVM NOSTRVM.

Phaselus de hac re lege cap. de Phaseolo.

SMilax hortensis siue Milax dicatur nullo discrimine legendum proponitur, celso atq; Hermolao Barbaro adherentes, nos, credimus Phaseli genus esse quanquã Marcellus Vergilius alta voce reclamet, inq; claret quantum Smilax hæc a leui Smilace Dioscoridis differt, quum hæc legumen, illa vero arbor est. nã Phaseolus eruilia est.

PHILOLOGIA. XCIII.

Græce μηδική, Latine Medica herba, Hispanice Melguas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

MEdica herba recens nata pratensi trifolio similis est, crescenti deinde contrahitur, & Angustius fit folium profertq; similes trifolio caules, in quibus semen lenticule simile inflexumq; corniculorum modo.

IVDITIVM NOSTRVM.

Medica herba.

NIhil medica herba in Hispania iuxta Lusitania communis nihil deniq; vilius atq; inde contempta inter iumentorũ pabulum remansit, bicubitali geniculatoq; caule sertule Campane omnino similis herba.

PHILOLOGIA XCIIII

Græce ἀφάκη, Latine Aphace.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

APhace exiguus frutex est, nascitur in aruis lente excelsior, tenui folio, que nascuntur in ea lente maiores siliquæ terna quaternave, semina inter se cõtinent, nigro colore lentibus minora.

IVDITIVM NOSTRVM

Aphace.

APhace herba est, quæ vero illa sit (mihi coruo rarior est albo, de hac vero Pliniũ li, xxvij, ca, v. videre est, atq; Theophrastũ, li, viij, de plantarum historijs.

PHILOLOGIA XCV.

ϛάσορνκεφαλωτορ, Prasum, non vero Prasium Marrubium, cuius non aduerten- Plinij error.
tia, quandoquidem Plinius claudicat, prassum ergo Cephaloton porrum capita- Prassum porrum.
tum est, Nam Columella autore, porri, cum sactio fit dêsior, ad fibras intendendas & folia desecanda, vt sint esui in iusculis, id quidem sectiuum appellatur, cum vero ita depangitur, vt fiant capita latioris incrementi, id quidem capitatum porrum dicitur, cuius cultus assidua sarritio est, & stercoratio, nec alius asectiui porri cultu, nisi quod totiens rigari & stercorari, sarririq; debet, quotiens demetitur. Cæterum porro nero aucto ritatem dedit, edens singulis diebus, cum oleo conseruande vocis gracia, cantare enim non modo priuate, verum etiam publice, & in cena gaudebat, atq; cum bene cantaret, se multum porro debere professus est.

PHILOLOGIA. XCVI.

AΜπελόπϱασορ, Ampelo prasum, quia in vitibus frequentius crescit, Græci appellauere porrum illud agreste quod omnibus familiare est, Hispani vero aios montismos suo ideomate appellant.

PHILOLOGIA XCVII.

KΡόμμυορ, Cepa siue Cepe, est lachrymosum olus, multiplex tamen, sed omnium vires eedem habentur, Cepa vero inter bulbos reponitur, Nam Celsus bulbos in nuit omnia olera Capitata, vel quorum radices esui dantur, appellari, de quibus Cap. de Scilla lectionem attingemus. Bulbus secundũ celsum

PHILOLOGIA. XCVIII.

G ræce σκόϱοδορ, Latine allium, Gallice des aulx, Teuthonice Loock. Hispanice aios

HISTORIA DIOSCORIDIS

ALlij duplex genus: Satiuum siue hortense, quod in ægypto concreto capi tte (porri modo nascitur: dulce, colore ad purpuram inclinato, exiguumq; reliquis locis grande Allium multiceps & candidum est) vocantq; in eo diuisiones, spicas, seu nucleos, est & aliud siluestre allium, quod Ophioscorodon, quasi anguinum nominant.

IVDITIVM NOSTRVM.

SCorodon, id est, Allium, honestum ac gratum rustice plebi obsonii est, quare a Columella lib. ij. inter hortorum delitias adnumeratur, atq; adeo a Galeno Methodi medendi lib. xij. prope finem Allium rusticorum Theriaca dicitur, cuius ibidem Historiam videre est, Cæterum Allij multa sunt genera commune tamen, & siluestre Ophioscoridum quasi serpentis Allium dictum, in præsenti a Dioscoride describuntur, de communi nihil attinet discutiendum, cum Triuiale omnibus, quod an in Epidemico morbo conueniat præter cæteros vnum Auenzoarem comperio qui homines hortatur monet, q; ne Allijs vtatur Cepis & porris, quia generant humores adustos pessimos & putredini ap- An Allia in Epidemico morbo conueniant

ni aptos, in præsenti tamen tantum non transilire est errorem, vitæ humane obnoxium & periculosum Auicenne fen. vi. iiii. cap. xxxiiii. quo de viperarum morsus cura agitur vbi ægrotum vti Allijs & vini multitudine permittere necessum erat non Allijs sed somno & vino potius vtendum legitis, qui sane error quantum vitæ humanæ periculosus sit vos ipsi iudicate, cum somnus his in morbis maxime prohibetur, sed vigilia potius continue euocanda, omnes vno ore fatentur, atq; ratio cuiq; in promptu est, nec tã Crassi erroris Auicenam magistrum esse credo, sed ipsius potius versoris, qui nominis vicinitate deceptus, pro Taumi Arabico nomine Allia significante, Naumi, id est, somnum interpratatus est, quasi non multum abesset vnius ab altero, sacius ergo deinceps Auicennam legeretis si hoc ordine literam habueritis, at si possibile esset Alliorum, & vini multitudine per interius vti, forsan omnem excedisset curationem, nec reliquis alijs opus esset medicamentis, hæc ita legenda esse, Dioscorides in præsenti fatetur, dicens cõtra vipere & Hemorrhoi serpentis morsus, poto continue vino, vtile est, aut cum vino tritũ simulq; epotum, cæterum ophioscoridon, id est, serpentis Allium, non multum a terra eleuatur, quod Teuthonici hic sua voce Biestloock appellare consueuerunt

Error Auicene

PHILOLOGIA XCIX.

Græce Σκοροδόπρασον, Latine Scorodoprasum Allium porrum.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

SCorodoprasum nascitur quasi grãde porrum, porri & Allij qualitatum particeps.

IVDITIVM NOSTRVM.

Quod equidem meminerim nunquam Scorodoprasum vidi.

PHILOLOGIA C.

Sinapis Σίναπι, Sinapi vbiq; cibis admiscetur, gratissimo obsoniorum condimento, atq; ex Sinape Sinapismus continue in officinis ad exulcerationem præparatur.

PHILOLOGIA. CI.

GRæce κάρδαμον, κυνοκάρδαμον, ἴβηρις, Latine Nasturcium, Cardamum, Cynocardamũ, Teutonice kressen, Hispanice Mal pica nasturcyos, Gallice du kresson alenois du nasi tort, Germanice kressen.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

NAsturcium probatissimum creditur nasci in Babilone cuius semen Sinapis & Erucæ semini equale est.

IVDITIVM NOSTRVM.

Nasturcium NAsturcium appellatum est a naribus torquendis, quod odore & seminis acrimonia sternutamenta prouocet, cuius genera sunt duo, siluestre & domesticum, de siluestri paulo ante diximus, lib. i. cap. de Iberide siue vicetoxico, nunc autem de Satiuo domestico

ſtico locus eſt, inter olera egregie proueniente, quod venerem ſtimulat, quāquam Plini us naturæ lib. xx. cap. xiij, tam inhibere fatetur, non abſq; errore tamen, vt experientia quotidiana docet.

PHILOLOGIA, CII.

G Ræce θλάσπι, Latine ſcandulaceum Capſella pes Galinaceus thlaſpis.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

THlaſpi breuis & exigua herba eſt, folijs anguſtis digitali longitudine in terram verſis in ſummo inciſuris diuiſis & modice pinguibus, caule tenui duorum Drodantum altitudine paucis in eo adnatis: & circa Caulem fructu in ſummo modice lato: in quo exiguum ſemen eſt, naſturcio ſimile diſci figura, & veluti infractum vnde nomen inuenit, flos illi albus eſt, naſcitur Thlaſpis in ſemitis, foſſis, ſepibus, & circa domos ſemen illi acerrimum eſt.

IVDITIVM NOSTRVM

THlaſpis ignota mihi herba eſt, Mainardus tamen Epiſtolarum Libro ſexto, de ea hæc ſcripſit herba Thlaſpis ignota noſtro Euo etiam voce eſt mihi, apud Ioannem Auguſtum Lauroenſem Epiſcopum virum, & Doctrina, & Prudentia, & quod magis eſt, religione celebrandum degenti, comperta herba eſt, quā veram Thlaſpin eſſe puto, Cappadocam tamen deſiderat Galenus, colore adnigrum accedente maiorem Cretica, & ex quadam eius parte veluti quaſſam vnde & nomen accepit de qua Plinium legere eſt lib. xxvij. Cap. xiij. Thlaſpis

PHILOLOGIA CIII.

G ræce ἄραβις, Latine Arabis.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ARabis Cubitali altitudine herba eſt, virgas habet tenues : folia à lateribus earum vtrinq; Lepidij figura molliora tantum, & candidi ora in cacumine vmbellam Sambuci figura, in qua candidi flores ſunt.

IVDITIVM NOSTRVM.

NVllus vnquam ex his quos legerim author, ſub hac voce verba commiſit, de Drabi ſcilicet herba, quare nihil prorſus habeo, aut quod dicam aut quod diuinem.

PHILOLOGIA CIIII.

Græce ἐρύσιμον χαμαίπλιον, Latine Irio nobilis Eruca erucula.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ERysimon folia habet Syluestri Erucæ similia cauliculos vitilium Corigiarumq; modo lentos & luteos flores in summo siliquę corniculorum figura sunt, graciles fœnograeci siliquarum specie, in quibus tantila sunt sęmina nasturcio similia, feruido sapore.

BARBARI VERBA.

ERysimon nostri Herbarij dicunt quæ vulgo nobilis Eruca dicitur quam & Erucę vere præferunt, vt mirum sit, quamobrem inter fruges à Plinio constituta videatur.

PHILOLOGIA CV.

GRæce πέπερι, Latine Piper Album, piper Nigrum, Piper longum, Teuthonice Peper, Hispanice Pimienta, Blanca Pimienta, Pimienta longa.

HISTORIA DIOSCORIDIS

PIperis arbor breuis, in India fertur nasci, fructum fert à principio siliquarum modo oblongum, quod longum piper est, clauditq; inter se quod exiguis milij seminibus simile sit integrum & absolutum mox futurum Piper, id per maturitatem legitimo tempore dehiscens Racemos ex se mittit granis quæ nouimus onustos * alijs vero acerbis quæ candidum piper sunt.

IVDITIVM NOSTRVM.

PIper Aroma notissimum est nigrum tamen & album eiusdem arboris fructus est qui vero velut Omphax est, Piper Album dicitur, & quidem, nigro acrius, qui superassatus & superexiccatus, nigrum piper dicitur, quod in Racemis non pendēs euenit sed affixum seu ἀκροχορδόνα, seu Verruca, Cuius magna copia singulis annis ab India ex regione præcipue Corumcol, ad regem Lusitanię aduehitur, Piper vero longum aliud est, officinis iam familiare quod ex Insula Samotra apud Indiam ad nos præcipue adfertur, Ex his vero tribus dictis piperis generibus medicamentum Diatrion pipereon dictum componitur vt Galenum de sanitate tuenda lib. iiij. atq; de locis affectis lib. i. est videre.

PHILOLOGIA. CVI.

Græce Ζιγγίβερις, Latine Zinziber.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ZIngiberis diuersa a pipere & sui generis planta est, plurimum in troglodytica & Arabia nascitur, fronde eius ad multa, & in quibus nos ruta vtuntur, pulmentis potionibusq; eam miscentes, habet Zingiber paruas radices quadrati odorati iunci forma, albescentes odoratas, sapore Piperis.

IVDITIVM NOSTRVM.

ZIngiber vbiq; Aroma notum, quod ex Indie Insula Cananor dicta, circumfertur, Radix scilicet fruticis gramini nostro similis, Galangua longe res alia est, antiquis forsan ignota.

Zingiber. Galangua ignota antiquis.

PHILOLOGIA CVII

GRæce Ὑδροπέπερι, Latine Aquaticum Piper Siliquastrum Piperitis, Piperitida persicaria absq; maculis herba, Hi panice herba Pixigueira, Germanice Rassel floekraut.

HISTORIA DIOSCORIDIS

AQuaticum Piper nascitur prope stantes aquas aut leniter fluentes geniculatum caulem ex se mittit, solidum, circa quem alarum concauitates & foliamentæ similia sunt, maiora tantum teneriora, candidioraq;, sapore ceu piperis acri non tamen odorato, semen in ramulis fert secundum folia nascens acinosum, acre & ipsum.

IVDITIVM NOSTRVM.

GRæcorum Ὑδροπέπερι, nostratum persicaria absq; litterulis est, nam persicaria communis vulgo herba, sic a similitudine foliorum persci dicta, duarum est specierum, nam quædam maculis siue litteris est plena, altera vero nullis, quæ prima virtute præstantior existit atq; acerrimi saporis vt piper est, vterque humo sparse pulices e cubilo pellunt, licet prima non ita vt secunda potenter, qua ratione nonnulli nixi has Dioscoridis conizas esse opinabantur, falso tamē, Nam licet illa litterulis plena persicaria, apud Dioscoridem conize aliquot sit genus quod fatemur, non tamen hac de causa secundam absque litteris quanquam duricies tumores discutiat, atque Pulices necet, Græcorum Conizam vllus mihi esse persuadebit, quum procul dubio Dioscoridis Hydropiper sit, Plinij vero Siliquastrum Piperitis Piperitida vt puto, nec nostram expellit opinionem id quod Hermolaus Barbarus de hac re dubitare videtur dicens, Est & in folia persiccarie littera macule modo inscripta quæ si fuisset in Hydropiperi fortasse non omisissent Authores, Nam si doctissimus diligentissimusque alioqui, sed sedentario tantum studio forte deditus homo, nostram animad-

Hidropiper officinarum. Persicaria absq; maculis est

uertisset habitam distinctionem, non in hanc venisset dubitationem, cum vt asserimus persicaria absq; maculis comperitur, nec minus vulgaris quam quæ cũ litterulis est, vtriusq; tamen persicarie effigiem apud Brumphellium sub conize nomine habes, quanquam te hoc scire non velim.

PHILOLOGIA. CVIII.

Græce πταρμική, Latine Sternutamentaria, Ptarmice.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

STernutamentaria breuis frutex, herba est paruis, multis teretibus, & Abrotono similibus ramulis, circa quos folia multa sunt, oblonga oleaginis similia in summo habet, Chamæ mali, id est, Anthemidis figura Capitulum rotundum acre quodq; olfactu Sternutamenta poritat vnde & nomen inuenit.

IVDITIVM NOSTRVM.

Sternutamentaria. ταρμον, Latini Sternutamentum vocant, vnde Ptarmice quia Sternutamẽtum iterari faciat nomen habet, herba ex qua Idiote pulueres sternutandi gracia apud Venetiam præcipue construunt.

PHILOLOGIA CIX.

GRæce στρούθιον κάθαρσις χαμαίρρυτον, Latine Lanaria Herba Radicula Saponaria, Herba Fullonum, Borith, Herba Prophetarum, Struthion. Hispanice. Lusitanice, Erua Xabonera. Germanice Magdelgeerikrentz rourtz.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

LAnaria nota omnibus herba est, qua fullones in purgandis lanis, vtuntur, habet radix, eius acrimoniam.

IVDITIVM NOSTRVM.

RAdicula Strutium fulonum herba est, a quibusdam Saponaria dicta, qua purgandis Lanis vtuntur, qui eas eluunt, Cuius aliquot species vidimus, nam quandam non absimilem Plinij picture, cuius effigiem veram apud Bruniphelsum secundo Tomo reperies, alteram vero paruam non longe a terra eleuantem, quam vere Saponariam appellant, Græci vero χαμαίρρυτον, quasi humi sparsam, quæ spumam aqua manibus fricata vt Sapam emittit, De his vero Leonicenum in Plinij errata videre est atq; reclamantem Colinutium quorum verba ad præsens breuitati consulentes omittimus, Locus tamen Plinij est, li. xxiij. cap. xi. Obstrutiũ vero lõge herba alia est, Apij quoddam scilicet genus.

Strutiũ obstrutium differunt.

PHILOLOGIA. CX

GRæce κυκλάμινος, Latine Cyclamen, Rapum vmblicus terræ, arthanita, Panis porcinus, Gallice des Trufles. Hispanice Pan de puerco yerua.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

TErræ Rapum hædere folia habet purpurea varia, supra infraq; Albicantibus maculis, caulem longitudine quatuor digitorum, profert glabrum carentemq; folijs in quo flores, rosarum figura sunt, colore ad purpuram inclinato, radix illi est nigra rapo similis in altitudinem se pandens.

IVDITIVM NOSTRVM.

CYcla minus, officinis familiaris herba est, folio azari persimili, quem Latini etiã Rapum appellauere quia Rapi similitudinem præ se fert, vt Rapum esse dixeris nisi fructum videas, nascitur præcipue autumno & erumpit per tonitrua, ad quo in loco crescit, herbam aliam nullam inuenies, Hæc vero vehementer prouocat ad secessũ atq; adeo vehemens eius facultas est, vt abdomine illito ventrem subducat, ad quã intentionem mesues ex eo vnguentorum compositiones ordinauit satis laudande, quibus præsertim nonnulli in hydrope vtuntur. Cyclamen.

PHILOLOGIA. CXI.

GRæce κυκλάμινος ἑτέρα κισσάνθεμος κισσάμπελος: Latine secũda Ciclaminus, Cissam Phillon, Cissanthemon, Cissampelos volubilis media, Campanela, Cymbalaris, Conuoluolum, hædera vitealis, altera Helxinis, Sissa Anpelos, Corrigiola, Hispanice Corriolla.

HISTORIA DIOSCORIDIS

SEcunda Cyclaminus, & hæc folia hædere habet, minora tantum: caules crassos, geniculatos propinquis arboribus palmitum in vitibus modo se inuoluẽtes, flores fert candidos, odoratosq; fructum Acinorum vuæ figura, corymbis hederæ similem, mollem sapore acrem, & glutinosum inutilis radix illi est, nascitur asperis locis.

IVDITIVM NOSTRVM

SEcunda Cyclaminus, Cissanthemos, Cisso philos vel melius vt Galenus Cissampelos, quia hæderæ flore sit assimilis, Plinij Conuoluolum est, Libro vigesimo primo Capite quinto, propterea sic dicta, quia in alias arbores, Cauliculis vitium modo ascendit, qua ratione Leonicenus eam vitealem appellat hæderam, dicitur vero Cyclaminus quia huic herbæ cum Cyclamino mira sit in folijs congruentia licet minoribus referentibus potius quantitate incisuris, totoque habitu hæderaceis quæ vere Helxinis Cissampelos, id est, altera parietaria est, nec enim alibi Dioscori- Secunda Cyclaminus altera parietaria est.

oscoride de ea fit mentio, quam in præsenti, quanquam non desunt impressi et plerique alij codices Libro. iiij. Capite. xxxvij. prope finem, breuissimam cissampeli historiam aditam habentes, quam non Germanam & veram sed potius supposititiam cum Vergilio credimus esse, quanquam Fulcius seu Leonicenus in Plinij errata tāquam veram ex eodem capite eam recitant, cæterum vt exacte rem comprehendatis, ac Auicenā hac in re (vt in multis solet) aberrantem videatis, Fulcij atq; Leoniceni verba in præsenti conuenientia legatis.

PHILOLOGIA, CXII.

GRæce δρακοντία μεγάλη ἴασος, ἱεράκιος ἄσος ἴασος, Latine Dracunculus maior, Draconcium magnum, Collum draconis, Colubra, colubrina, serpentaria, viperina. Hispanice la terra gontia maior. Lusitanice erua cobreira maior, Germanice Natterrourtz schlangenfraut. Teuthonice Draken hals de groote.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

DRacunculus maior nascitur vmbrosis locis circa sepes Caulem habet rectum, bicubitalem baculi crassitudine, versicolorem quę innato leuore vt angui similis videatur abundant, & euincunt in eo, purpuræ maculæ, folia fert rumicis sibi ipsi implicita, semen in summo caule racemosum, cinereo a principio colore, cum maturuit, deinde capilla mentorum croci colore puniceumque, radix maiori Draciunculo est, grandis, rotunda, candida, tenui libro, vestita.

IVDITIVM NOSTRVM

Dracunculus maior

NVllibi quod equidem meminerim apud Lusitaniam iuxta Hispaniam Dracunculum maiorem istum vidi, in hac tamen Flandrie parte aliter euenit, cum in bona copia illum prouenire animaduertimus, vt Seplasiarij pro spectaculo ad tabernas suas suspendunt, Dioscoridis Historiæ respondentem, ac si acu pingeretur, illum tamē apud Galliam communem esse) Philippus olim Batonologi filius authoris conspectum illic sibi fatetur.

PHILOLOGIA. CXIII.

GRæce δρακοντία μικρά, Latine Dracunculus minor Dracontia. Hispanice Latarragontia. Lusitanice erua cobreira. Germanice klerim natterrourtz, Teuthonice Draken hals de cleine.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

DRacunculus alter hedere folia habet grandia, & in folijs albescentes maculas, caulem rectum bicubitalem, vario colore anguiū modo maculosum, inter currentibus, purpureis literis, baculi crassitudine, semē in summo racemosum, herbaceo primum, cum maturuit autem capillamentorum croci rutilo colore, gustumq; erodens, radix illi est rotunda, bulbosa, raphano similis tenui libro vestita, nascitur in vmbrosis circa sepes & septa.

IVDITIVM NOSTRVM.

DRacunculus minor qui Viperina aut Draconcia proprie dicitur, a caule vario, draconis more, oĩbus familiaris est herba, nec hac in re Apuleiũ (si ipse est) hallucinatũ cõperimus, vt quidam Heremannus imponit, Nam licet ipse Apuleius Draconcio Crocodili Aphrijssi nomina tribuat, quæ simul Dioscorides Chameleonti albo vel Dipsaco, vt ait, tribuit. Non difficile tamen est, vnũ & idem nomen duabus cõuenire rebus. Dracunculus minor.

PHILOLOGIA CXIIII.

GRæce ἄρον, ἀλιμὸν, κολλοκάσιον, Latine Aros, Arus, barba Aron, Hispanice Yaro, Lusitanice Folha de Yaro, Germanice Pfaffen pint, Teuthonice calfs voet.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ARon folia Dracunculi habet minora tantum, nec adeo maculosa caulem Dodramtalem purpurascentem Pistili figura, in quo rutilo colore Croci semen est, candida illi radix ad Dracunculi radicem accedens, quæ quod minore Arimonia est, elixa comeditur.

IVDITIVM NOSTRVM.

ἌΡον barba Aaron dicta, communis & nullibi nõ familiaris habetur herba, diuersimode tamen, cum non vbiq; æqualiter nascitur acris, immo alibi mitis, vt cocta edi potest, vt refert Galenus vi. de facultatibus simplicium, atq;. ij. Alimentorum, qua ratione ipsam primo ordine calidam statuit. Hic vero nullus Dracunculus Aro mordatior comperitur, vt gustanti iudicandum committo, qua ratione arum calidius Serpentaria credo, atq; inde video vt si quis Aro pro Serpentaria vtatur, non ita magnus error fuerit, immo eo vti consulerem, cum nostratum Arum, non inferiorem Serpentaria vim habere credimus. Cæterum Plinius Ari radicem non candidam, vt Dioscorides ac experientia monstrat, immo eam nigram depingit, libro. xxiiij. Cap. xvi. quam recte autem nescio. Aron. Plinij error.

PHILOLOGIA CXV.

GRæce ἀρίσαρον, Latine Arisaron.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ARisaron exigua herbula est, radicem Oliuæ figurę habet, maiore acrimonia q̃ Aron.

IVDITIVM NOSTRVM.

COngener esse Arisarum Aro & Draconcio scribitur, sed mihi plane ignota, quanq̃ nonnulli paruulam quandam herbulã, cui radix Auelanæ magnitudine inest, pro ea, hic Antuerpiæ monstrant, & ea pestilentiæ tempore vtuntur.

PHILOLOGIA CXVI.

GRæce ἀσφόδελος, Latine Asphodelus, Affodillus, Hastularegia, Albucus, Hispanice Gamones, Lusitanice Gamois, Guamonitos, Germanice Goldt rourtzel.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

affodillus. ASphodelus planta est, omnibus fere nota; folia habet grandi Porro similia leuor toto caule est, qui in summo florem Anthericum dictum sustinet, radices illi sunt, plures oblongæ, Teretes glandibus similes, sapore acri, vi & natura calfaciendi.

IVDITIVM NOSTRVM.

ASphodelus officinarum Affodillus est, Hastula regia alio nomine dicta herba, cũ omnium quæ Bulbos habent plantarum maximum proferat caulem, cui radices coaceruatæ multæ glandibus similes in longitudine sunt, colore vero aureo, sapore acri quæ apud Lusitaniam & Hispaniam passim in pratis & montibus comperitur. Hic tamen Antuerpiæ semel eam vidi, non nisi satam, in horto Martini Chirurgici, Germaniæ vero tellus eam non gignit, vt hæc simul Flandriæ, apud Helueticos tamen proceæ reeam euenire audio. Nostro hoc æuo minime eius radices in sanitatis vsum aut cibũ veniunt, vt olim veniebant, vt Hesiodus ac Plinius cæteriq; affirmant, immo tam nũc alienus hominibus est cibus, vt pro muribus interficiendis ipsis vtantur, vnde merito inter medicamenta erodentia radices censendæ sint, non vero inter olera vt reliqui faciunt.

PHILOLOGIA CXVII.

A

GRæce βολβὸς ἐμετικὸς, Latine Bulbus Vomitorius.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

BVlbus quem Vomitorium vocant, Vitilium & Corij modo lentiora multoq; longiora eo qui edendo est, folia habet, radicem Bulbo similem, nigro cortice vestitam.

IVDITIVM NOSTRVM.

Bulbus Vomitorius. BVlbus Vomitorius, ad differentiam cibarij Bulbi, quia Vomitum ciet, folijs nigris & radice Allio simili vestitur.

PHILOLOGIA CXVIII.

Bulbus. BΟλβὸς ἐδώδιμος, Bulbus qui edendo est, Ceparum genus est, cibus irritamẽto potius q̃ vitæ vtilis, quo ad prouocandam libidinem & appetentiam nonnulli vtuntur, atq; inde Galli hodie suo ideomate des appetitz appellant, alij vero des Eschalotes

nomen Latinum imitantes Ascalonitas nominant, hos vero Bulbos Martialis multis in locis Salaces appellat, qui libidinem irritant, vt ex Epigrammate colligi potest, cũ sit anus coniunx. Et sint tibi mortua membra, nihil aliud Bulbis quàm satur esse potest, vnde merito Varro in nucijs edendos affirmat, cui aptius assentit, dummodo nuclei Pini Varro. Erucæ succus parum piperis dictis addatur. Cæterum tanti fecit Pitagoras Bulbos Megarenses vt de eorum natura vt tradunt volumen composuerit, inter quos Scillam & Pancratium præcipue numerare est, aliaque genera, vt Theophrastum lib. viij. de Plantarum historia videre est, atque Plinium lib. xix. Cap. v.

PHILOLOGIA CXIX.

SKίλλα, Scilla suspensa in officinis Squilla est, quæ in taleolas, sic ne Taleolæ inuicẽ Scilla. se tangant per interualla suspenditur, alias Cepa muris dicta, quia mures interficit, Theutonice wilt cãmijn, Hispani Cebolha aluarrana, Lusitani vt Hispani appellant.

PHILOLOGIA CXX.

Græce παγκράτιον, Latine Scilla minor, Squilla minor, Pancratium.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

PAncration radicem habet grandi Bulbo similem, colore russo purpurascen- Pancratium. téue, feruido simul & amaro sapore. Folia illi sunt lilio similia, longiora tamen. Easdem Scillæ vires habet.

IVDITIVM NOSTRVM.

PAncratium scillę genus est, vnde Vergilius inquit. Eandem penitus non similem scillæ Pancratium hac nostra ætate herbarij ostendunt, cõfunduntque simul alioquin diuersa genera, tanta natalium similitudo, & mixtura est. Nos vtramque viã simul præterquàm colore. Et id quidem non satis manifeste diuersam secernere nequimus.

PHILOLOGIA CXXI.

GRæce κάππαρις, κυνός βάτος, Latine Capparis, Cynos batos Persica sinapis, Germanice Capresez, Hispanice alcaparras.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CApparis spinosus frutex est, in Gyrum per terram stratus, hamatas habet rubi modo spinas, folia rotunda, Cotonei mali folijs similia, fructum oliuæ figura, qui dehiscens candidum profert florem, eoque deflorescente superest, veluti oblonga glans, quæ dehiscens, grana Punicæ modo intra se ostendit, exigua rubentiaque. Habet Capparis radices multas, lignosas & grandes.

IVDITIVM NOSTRVM.

CApparis fructus in officinis ad nocturna obsonia seruatur, qui ex aphrica ad nos pręcipue aduehitur, cibi appetẽtiam excitat, pituitam per aluum deijcit, quod Dioscorides hic ait aluum turbat, lieni iecorique maxime conuenit. Caparis

PHILOLOGIA CXXII.

Βατράχιον σέλινον ἄγριον, Latine Batrachion, Ranunculus, apium siluestre, pes coruinus, Germanice Rappensus hanemsus.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

RAmunculi herbæ plura sunt genera, vna tamen omniũ vis & natura, acris & in exhulcerando efficacissima. Habet primum genus Coriandri folia, latiora tantum, albescentia & pinguia, florem luteum, sed aliquo tempore purpureum, caulem non adeò crassum, altitudine cubitali. Radicem paruam, candidam, amaram, Hellebori modo adnascentes alias habentem. Nascitur prope ꝑfluentes aquas in humidis. Lanuginosius alterum genus est, altiore caule, & pluribus foliorum incisuris, quod plurimum in Sardinia nascitur, efficacissimę acrimoniæ, vocantq; id incolæ agreste apium. Est & tertium genus minimum grauiter odoratum, aureo flore. Est quartum itidem huic simile, præterquam flore quem lacteo colore albicantem habet.

IVDITIVM NOSTRVM.

Pancrapes coruinus. BAtrachion Ramunculus, nostratum pes Corui herba dicta est, cuius genera officinis omnia nota sunt, quæ exulcerandi & ignis modo vrendi vim possident, vnde satis mirari non possum, qualiter Othonus Bruphelsius huius tria genera effigiata non Batrachio sed Coronopo potius tribuit, cum illorum quolibet gustatum linguam exulcerat, non vero astringit, vt Coronopus habet. Vos vero illorum vnam herbam gustate, & vt spero non inuitis pedibus mecum ibitis, nec in eiusdem descriptione insistendum, cũ omnino Dioscoridis verbis respondeat.

PHILOLOGIA CXXIII.

ΛΕπίδιον γηγίδιον, Lepidium herba est, cuius folia acrimonia grandi exulcerant atq; squammas e cute pellunt, ipsi imposita, quæ vero ipsa sit hodie ignoratur. Nã hodierni Parisienses harum rerum vti bonarum literarum curiosissimi, Lepidium agrestem Raphanum interpretantur, quod Hermolaus Barbarus docere videtur, dicẽs Herbarij modo hanc non Lepidion sed Raphanum appellant, in Pannonia frequentẽ vbi serunt eum non aliter q̃ radices stobæ. Sed qualiter hæc cum Raphano agresti armoracia conueniãt, quem supra interpretati sumus Rauano Galbisco aut Germanorũ merrettihc non video, vos vero iudicate, vt tamen Botanologici autor refert, Lepidion Setaragi Serapionis est, non vero Arabum illud Indicum scilicet Setaragi dictũ. Lepidiũ Setaragi

PHILOLOGIA CXXIIII.

GRæce ἀνεμώνη, Latine Orcitunica, anemon, Papauer rubrum, Hispanice amapolas, Germanice klapperrosen, Gallice dela passe fleur, des coquerelles, Lusitanice Papoulas.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

DVplex Anemone est, syluestris altera. Rursus quæ cultis locis prouenit, multiplex est, Puniceos habet aliqua flores, albidos aliqua et lactescentes, purpu-

purpureos aliqua. Folia coriandri omnes habent, tenuissimis incisuris diuisa, ad terram inclinata, coliculos lanuginosos, tenues, in quorum summo papauerũ flores, & in medio nigri aut coerulei coloris capitula. Radix illis est oliuæ magnitudine, aliquando etiam maior, quibusdam veluti geniculis intersecta. Syluestris, locis cultis nascente in cunctis maior, latioribus durioribusq; folijs. Capitulum habet oblongius, florem puniceũ, radices tenues & numerosiores. Est & in hoc genere quæ nigris folijs sit, & maiore acrimonia.

IVDITIVM NOSTRVM.

MAgnam inter authores dissentionem de hac re video, Nam quidam rubrum papauer non Anemonem immo μήκωνῥοιάδ Dioscoridis esse opinãtur, vt Marcellus Vergilius & multi reliqui. Alij vero oppositum affirmantes hunc ipsum esse statuunt, quibus bona fide accedimus, cum vltra descriptionis correspondentiam quam herba hæc rubrum papauer dicta cum anemone habet, vires quibus maxime & præcipue attẽdendum est, eędem cum anemone sunt, calidę scilicet, acres, abstersorię, quibus sudorem mirifice euocant, atq; adeo vt hodierni rustici nostri suis in ægritudinibus tam eius decocto q̃ stillata aqua tanquam re sacratissima ad expulsionẽ ægritudinũ p̃ sudorẽ vtuntur, vnde ipsum non papauer erraticum Dioscoridis esse, immo Græcorum anemonem mihi fides est. Cæterum ruelius fremium anemonem vertit, quãquam Hermolaus Barbarus non fremium sed fenion potius dicendum nititur, nam anemon hæc multiplex est quædam flores purpureos, alia albidos, reliqua puniceos habens, qui spirante vento aperiuntur, quiescente vero clauduntur. Anemõ rubrum papauer

PHILOLOGIA CXXV.

GRæce ἀργεμώνη, ἀνθεμὶς ὄνωνη ὁμόνοια, Latine Argemoniũ Agremonia, Liburnica herba.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ARgemone agresti papaueri similis est. Folia anemones habet incisuris diuisa, florem in caule puniceum. Capitulum erratici papaueris quod rhœada vocant, oblongius tamen, & in superiore sui parte latius. Radicem rotundã, quæ diluti aqua croci colore liquorem ex se remittit.

IVDITIVM NOSTRVM.

AGrimonia nostratum hodie, non Argemonia hæc est, cum Eupatorij descriptioni omnino correspondeat, verius q̃ huic, vt in sequenti de Eupatorio legere est, quę vero hęc sit agresti papaueri similis Argemonia, ignoratur hodie. Agrimonia nostratum, Eupatoriũ Græcorũ est.

PHILOLOGIA. CXXVI.

GRęce ἀργεμώνη ἑτέρα ἀργεμώνη, Latine Argemonia altera, argentina, argentea.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

Altera

Altera Argemon agrestis papaueris folia habet.

IVDITIVM NOSTRVM.

DE hoc altero Argemonio quid dicendum sit, cum Leoniceno ipsum argentinā nūc herbam a colore foliorum exteriori sic dictam esse credo, nec a descriptione herbæ liniamentum, aut ipsius nomenclatura quicquam differt.

PHILOLOGIA CXXVII.

GRęce ἀνάγαλλὶς ἀγρῖτις σαυρῖτις, Latine Anagallis, morsus Gallinæ, aeritis, Sauritis, sanguis oculi, Hispanice Murruges, Germanice Ganch heyl.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ANagallidis duplex diuerso floris colore genus est. Habet enim altera cœruleos, quæ fœmina est, altera quæ mascula, puniceos flores. Breues sunt Anagallidis frutices, in terra iacentes, folijs in quadrangulo caule paruis, & modice rotundis, helxines figura. Semen habent circinatum.

IVDITIVM NOSTRVM.

ANagallidis multa sunt genera, officinis satis nota, sub morsus gallinæ noīe, quanq̄ tamen Dioscorides in præsenti duo tantum eius genera memorat, alterum scilicet ceruleo colore, fœmininum, reliquum vero masculum, pheniceo siue rubicundo corallo rubro simile, vnde Coralium dictū est, atq̄ ea de causa Paulus Aegineta lib. vij. scribens, antidotū articularibus morbis conueniens, cuius denominatio ab Anagallide sumenda erat, Diacoralium eum appellat, Cuius non aduertentia Auicenna atq̄ eius oēs asseclæ aberrauere, credentes a Coralio potius antidotū denominationē sumpsisse, q̄ a re alia, vt Leonicenū videre est, atq̄ Mainardū Epistolarum lib. iij. Epistola quarta, Pliniumq̄ lib. xxvi. Cap. vij.

Auicēnę error.

PHILOLOGIA CXXVIII.

GRæce κισσός, κισσαρον, χρυσοκαρπον, κορυμβήθρα, ἄσπληνος, Latine Cissos, Chrysocarpon, Asplenos, Cissaros, Corymbia, mater silua, hedera, Germanice epphaero, Hispanice La edera, Gallice du liere, Lusitanice aera.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

HEdera plures habet, si singulæ numerentur species, differentias: genere vero præcipuas tantum tres. Candida enim quædam, & nigra quædam est. Tertia priuatim helix quasi clauicula appellatur. Candidum fert fructum candida: nigrum crocatumve nigra, quam vulgus Bacchicam vocat. Sterilis helix est, tenuibus viticulis, breuibus, angulosisq̄ & concinnioribus folijs.

IVDITIVM NOSTRVM.

Plinij error.

CIssos Hedera est, non vero Cisthos, vt alias monuimus, cuius inaduertētia Plinius quandoq̄ aberrauit, vt Leonicenum legere est, atq̄ angelum Politianū reliquosq̄

moder

moderniores, Cuius genera prope infinita sunt, vt Plinium videre est, lib.xvi. Capite xxxiiij. atque Theophrastum lib.iij. Cap.xviij. multisque alijs in locis, memoriæ nō occurrentibus, ad præsens tamen, hedera quædam est, quam Græci Dendrocisson vel vt Columellæ placet Orthocisson appellant, quasi arborescentem erectam & stantem hederā, quæ sine aminiculo sola stat, alia vero celsa omnium maxime viuax, quę suis cirrhis et clauiculis, parietes conscendit, Et arbores amplexu suo perstringit, quæ querna magis laudatur, cum succum similem possidet arbori quam amplectitur, Cæterum huius tres aliæ sunt species, vna nigra Corimbos ferens nigros, atque racemos in orbem circūactos, de qua Vergilius, atque hederæ pandunt vestigia nigræ. Apud Pliniū vero hæc ipsa mas est, quæ olim Bacchica & Nisia quia in Bacchi sacrificijs quæ Dionisia appellabantur, cōfectis ex illa corollis vteretur, dicebāt. Alia vero hedera alba est, a fructu et folio sic dicta, vnde Vergilius. Cādidior cygnis, hedera formosior alba, altera vero antiquis satiua fuit, cuius succus Plinio authore lib.xxiiij. Cap.x. tedia narium, graueolentiāque emēdat. Alia dictis additur, helix dicta, quia multas habet inuolutiones, sterilis, nullū præbens fructum. Reliqua vero huius genera apud authores legito.

PHILOLOGIA CXXIX.

GRæce χελιδόνιον μέγα πανία κςάταια, Latine Celidonium maius, Celidonia Hirundinaria maior, Hispanice la celiduenha, Lusitanice herua das andorinhas, Celidonia, Gallice de leselere, Germanice scholrourtz, Teuthonice ghelu wortel.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

HIrundinaria maior cubitalem profert caulem, & aliquando maiorem, gracilem, adnatis multis foliosis. Folia habet ranunculo herbæ similia, teneriora tantum, & cum cœruleo colore aliquo, iuxtaque singula folia florem violę similem. Succus illi diluti aqua croci colore est, acer, odoratus, cum amaritudine aliqua & odoris grauitate. Radix in superiore parte illi vna est, in inferiore plures, croci radicibus similes. Fructus cornuti papaueris modo gracilis, longus, pineæ nucis figura, in quo exigua semina sunt, papaueris seminibus maiora.

IVDITIVM NOSTRVM.

CElidonia scatent omnes ferme nunc horti & parietes, quæ Hirūdinaria appellatur, vt Theoprasto placet lib.vij. Cap.xiiij. quia aduentu hurundinis suum excitat florem, Plinius vero libro.xxv. Cap.viij. Celidoniam inquit, visui saluberrimam, hirundines monstrauere vexatis pullorum oculis illa medentes, hæc non memithe vt Gerardus Cremonensis & reliqui multi, nono ad Almansorem rasam interpretati sunt, quum Memithe Dioscoridis glancium est, vt Fulcius sapientissime erratorum iuniorum medicorum libro monstrat. Minor vero Celidonia sequens res alia est. Celidonium maius.

PHILOLOGIA CXXX.

GRæce χελιδόνιον το μικρόν, Latine Celidonia minor ficaria, testiculus sacerdotis, Zemac, Hirundinaria minor, herba Magi, Serophularia minor, mille morbia, Germanice Fichrourtz, Pfaffen hodlin.

LIBER II.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

CHelidonion minus exigua herba est, sine caule, folijs ex radice pediculis pendentibus, hederæ figura, rotundioribus tamẽ, minoribus, teneris et modice pinguibus. Radices habet ex eodem prodeuntes paruas, multas, tritici modo coaceruatas. Earum tres quatuorve tantum in longitudinem progrediũtur. Nascitur prope aquas & lacus.

IVDITIVM NOSTRVM.

Scrofularia.

FIcaria scrofularia vulgo dicta, quod scrofulas quas Græci τας κεςάδας sanare cõperta sit Chelidoniũ minus, Dioscoridis est, herba verna quæ incipienti Maio euas nescit, atq; ideo herba Maij dicta est, humi serpens, folio hederaceo minore tamen sine caule (quanquã Serapion) flore luteo radicibus multis, terrosis, bulbosis & acribus.

PHILOLOGIA CXXXI.

G ræce ὀθόννα, Latine Othonna.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

OThonna herba erucæ folijs, cribri modo foraminibus multis & continuis perforatis, ijsdemq; squalidis & paucioribus. Florem fert croci figura, latioribus folijs; quam ob causam crediderunt aliqui syluestris Anemones genus eam esse. Exprimitur ex ea succus ad oculorum medicinam, quum purgari aliquid oportet, erodens, & quæ claritati eorum officiunt, omnia exterens.

IVDITIVM NOSTRVM.

OThonna quid sit. vt Priscis ignotum fuit, sic & hodie nobis incompertum est Plinius tamen libro. xxvij. Capite. xij. inquit, Othonna in Siria nascitur similis erucæ perforatis crebro folijs flore croci, quare Anemonem vocauerunt, Nec de ea quicquid aliud habemus.

PHILOLOGIA CXXXII.

GRæce μυὸσ ὠτὰ ἀνθύλλιον ἀλσίνην, Latine Myosotis, Alsines auricula muris.

DIOSCORIDIS HISTORIA.

Myosotis Helxinæ herbæ similis est, humilior tantum & breuioribus folijs.

IVDITIVM NOSTRVM.

MYosotis prima hæc auricula muris alibi Alsines dicta, lib. iiij. est, quanquam cum Marcello Vergilio cum hic de de ea semel factum fuerit non esse de ea iterũ agẽdum dicimus, cum vtrobiq; eadem est historia & medicina, sequens tamen Myosota nota officinis est.

PHILOLOGIA CXXXIII.

GRæce μυοσῶτα ἑτέρα, Latine Myoſota altera, auricula muris, Piloſela, Germanice Meushor, Theuthonice muyſooren, Hiſpanice oreia de raton yerua.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

MYoſota altera, plures ab vna radice cauſes mittit, aliquatenus ab imo rubentes & concauos. Folia habet oblonga & anguſta, dorſo elato & eminente, nigreſcentia, per interualla deinceps geminata, & in acutum deſinentia. Profert & ex alarum cauis tenues coliculos, in quibus floſculi cœruleæ anagallidis colore ſunt. Radix illi eſt craſſitudine digitali, multis capillamentis fibrata in vniuerſum ſcolopendrio ſimilis, minor tamen, & maioris leuoris quam illa eſt

IVDITIVM NOSTRVM.

HOc vnum tantum auricule muris genus vidimus, tam deſcriptioni huic conueniens quamque maxime, nec Apelles aut Phidias vnus inter pictores, alter vero inter ſtatuarios eam pingere melius potuerint, vt deſcriptioni huic eueniſſet, qualiter euenit, Auicenam rurſus hallucinari hac in re qui herbas quattuor Helxinem videlicet Alſinen Myſotida & Anagallidem natura & figura multum differentes, ſub auricule muris nomine confundit, Leonicenus medicine claritas monſtrauit atq; poſt eum Fulcius errorũ lib. quos illic legere non inutile certum erit. Auricula minus.

PHILOLOGIA. CXXXIIII.

GRæce ἰσάτις ἥμερος ἄυγιον ἐγνη, Latine Iſatis ſatiua, augion, glaſtum, guadum, Lutea herha, Hiſpanice la yerua gualda, Germanice vueid, Teuthonice vuou vuerdt Gallice leguuada.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

ISatis Herba eſt qua tingendis lanis infectores vtuntur. Plantaginis folia habet, pinguiora tantum & nigriora; caulem duobus cubitis altiorem.

IVDITIVM NOSTRVM.

NIhil nunc Iſatide notius, qua infectores Lanarum maxime vtuntur, vt ſine ea nihil intengendis pannis proficere poſſunt, quæ proprie glaſtum, quanquam nunc paucis mutatis litteris Guadum appellatur, vnde Plinium hac in parte hallucinari manifeſtum eſt, cum lib. ij. Cap. vij. lactuce genera ſcribens Iſatim genus tertium a Glauſto. iiij genere ſeparauit, ob nominum varietatem credidit res eſſe forſan diuerſas, nec hac in Plinij defenſione Colinutius audiendus eſt cum nihil veri dicat, Gadum.

PHILOLOGIA CXXXV.

GRæce ἰσάτις ἀγρία, Latine Silueſtris Iſatis, Lutea minor, Glaſtum minus, Guadum minus. Hiſpanice Vrchillha.

LIBER II.

HISTORIA DIOSCORIDIS

SYluestris Isatis, Satiuæ similis est, folia tantum maiora habet, ad lactucæ folia accedentia, caules tenuiores, diuisionibus multis, rubescentes, in summo veluti folliculos linguarum figura multos pendulosq; habentes, in quibus semẽ est. Florem fert luteum & gracilem.

IVDITIVM NOSTRVM.

Isatis agria

ISάτις ἀγρία, vt reliqua nota est quæ præcipue ab Insulis Canariæ adfertur tingendi tantum gratia quanquam in multis alijs locis nascitur.

PHILOLOGIA CXXXVI.

GRæce τηλέφιον, Latine Telephium sedum agreste crassula maior faba grassa, Italice Frangrossa.

HISTORIA DIOSCORIDIS.

TElephion, folijs & caule similis portulacæ est. Binas habet alas in singulis foliorum geniculis excauatas. Ramuli sex septemve à radice prodeũt, cœruleis folijs pleni, crassis, glutinosis, carnosisq;. Flores illi lutei sunt aut candidi. Nascitur Vere locis cultis inter vites.

IVDITIVM NOSTRVM

Telephion

TElephium vt opinor officinarum Crassula maior est quam alio nomine Fabã Grassam siue Crassam nominant sed de hac lib. iiij. magis.

FINIS SECVNDI LIBRI.